

48. Non omnia prædestinavit Deus, quæ præscivit, quamvis omnia prædestinata præsciverit. *Prose.*

49. Præscivit enim voluntates hominum bonas, et malas; prædestinavit autem non malas, sed solas bonas. *Ibid.*

50. Peccata hominum emuncta quidem Deus in peccatoribus præscivit futura, et quia ipse non ea prædestinavit faciendâ, justè prædestinavit in judicio puniendâ. *Ibid.*, cap. 27.

51. Præscientia veritatis in se non recipit falsitatem: sicut faciendum præscit quod faciendum est, ita non faciendum, quod faciendum non est. *Lib. 1 de Verit., prædest.*

S. GARDENT.

52. Præscientia Dei non fallitur, nec homini concessa semel voluntatis libertas aufertur, ne nihil de eo judicare possit, qui liber non fuerit in agendo. *Tract. 3.*

GLOSS. ORD.

53. Præscientia Dei diffinitum habet, qualis uniuscujusque futura sit voluntas, ex qua damnetur, vel conetur. *Super Epist. ad Rom., cap. ix.*

S. GREGOR. MAG.

54. Præscire Deus dicitur, quia unquamque rem, antequam veniat, videt; et id quod futurum est, priusquam præsens fiat, prævidet. *Lib. 20 Moral., cap. 23.*

55. Præfixi dies singulis ab interna Dei præscientia, nec angeri possunt, nec minui: nisi contingat, ut ita præsciantur, ut aut cum optimis operibus longiores sint, aut cum pessimis breviores. *Ibid.*, lib. 12, cap. 23, super illud *Job xv: Antequam dies ejus impleantur.*

56. Sæpe iniquis quamvis in occultâ Dei præscientia longe vite ejus tempora non sint prædestinata, ipse tamen quia carnaliter vivere appetit, longos animæ dies proponit. *Ibid.*

S. HIERON.

57. Non ex eo quod Deus scit futurum aliquid, ideo futurum est: sed quia futurum est, Deus novit, tanquam præscius futurorum. *Lib. 5 super Hierem., cap. xxvi, super illud: In principio regis Joachim.*

58. Non quia ventura Deus cognoscit, necesse est nos facere quod ille præscivit, sed quod nos propria voluntate sumus futuri, ille novit quasi Deus. *Lib. 4 super Ezech., cap. ii, super illud: B. dicez ad eos.*

HUGO CARD.

59. Præscientia Dei causa est honorum, quia ipsa est exemplar eorum: non est autem exemplar malorum, et ideo non est eorum causa. *Super Epist. ad Rom., cap. x.*

60. Præscientia non est causa prædestinationis: quosdam enim Deus præscivit, quos non prædestinavit. *Super II Tim., cap. ii.*

S. JOANNES CHRYSOST.

61. Admiranda est Dei præscientia: omnia priusquam nascantur, cognoscit. *Super Epist. ad Galat., cap. ii.*

62. Deus omnia quidem præscit, sed non omnia præfinit. *Lib. 2 de Fide orthodox., cap. 30.*

63. Præscientia Dei, omnia ante etiam quam oriatur, nota sunt. *Ibid.*, lib. 4, cap. 25.

64. Præscientia rebus causa eveniendi non est, aut eventus rerum ei causa est præsciendi, ne aut temporalium motus æternæ providentiæ causa sit aut a purissimo fonte bonitatis malorum profluant rivuli. *Lib. 2, de Nugis curial., cap. 21.*

65. Non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est, scitur a Deo antequam fiat. *Lib. 7, in cap. viii, Epist. ad Romanos.*

66. Nihil est velocius et scientia et opera Dei, qui quæ futura sunt, novit et fecit: et quæ nondum sunt orta, jam apud illum sunt præordinata. *Super Psalm. cxxxvii, vers. 4.*

67. Nihil est quod ante præsciendum Dei conceptum latere valeat. *Part. 1, lib. 2, de Contemplat., cap. 27.*

SENTENTIE PAGANORUM.

68. Placita Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus: neque enim credibile est Deo displiciturum esse, quod placuit, cum et futurum id, et placiturum nullo ante scriverit. *De Volunt. divina, cui titulus, Asclepius, cap. 4.*

PRÆSENTIA in genere.

Etymologia. Præscit dicitur, eo quod sit præscitibus. *Lib. 10 Etymol., verbo Præscis.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Nemo sibi de absentia blandiatur: nam presentior est, qui se animis inserit, quam qui oculis protestatur. *Lib. 5, epist. 31, ad Valentianum imperat.*

2. Quæ remota non sunt a sensibus nostris, sive interioribus, sive etiam exterioribus, præsentia nuncupantur. *Lib. 44 de Civitate Dei, cap. 3.*

3. Non præterit quidquam in æterno, sed totum est præsens: nullum vero tempus totum est præsens. *Ibid.*, cap. 11.

4. Non est presentior noster spiritus ubi animat, quam ubi amat. *De Septem itinerib. æternit., itin. 4, dist. 4, art. 4. S. Bernard., de Precepto et dispens.*

5. Plus in charitate animorum unitas, quam corporalis potest venerari presentia. *Lib. 2 in Regist., ind. 14, cap. 86, epist. 47, ad Columbanum episc. Numidia.*

6. Præsentia eorum que amantur, optabilis est. *Epist. ad Apram filiam suam.*

7. Amanlibus quando non possunt versari cum iis quos amant, nulla presentie utilitas est. *Homil. 20 ex Divers. in Math.*

S. JOANNES DAMASC.

JOAN. TRITE.

JOAN. SAB.

ORIGEN.

S. PROSPER.

S. PAVL. A. S. VICT.

RICHARD. A. S. VICTOR.

TRISMIC.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

S. BONAV. & S. BERNARD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HILAR.

S. JOANNES CHRYSOST.

8. Quamvis præsens esse videatur, re tamen abest, qui conversatione disjunctus est. *Serm. 8, de Resur.*

9. Sicut amicum cordialis presentia, ita et diligentibus discessio gravis. *Epist. 25, ad Fratr. Bernard. minori.*

10. Debilis amor, qui de presentia solum pendet amati. *Ibid.*

S. LAURENT. JUSTIN.

11. Maturæ mentis semper incedit gressu, qui secum habitans, frequenter sponsi potitur presentia. *Tract. de Compunct. et compl.*

S. PAVL. A. S. VICTOR.

12. Nihil est presentia corporalis, ubi fuerit mentis miseranda separatio: sicut contra nihil deficit absentia corporalis, ubi corda fuerint sociata per fidem. *Serm. 32.*

S. PAVL. A. S. VICTOR.

13. Spiritualis quisque carnalibus absens quidem timori, præsens autem videtur despectui. *Opus. 12, cap. 28.*

RICHARD. A. S. VICTOR.

14. Proh pudor! magis vereris vultum hominum, quam conspectum angelorum. *Part. 4, de Benjamin minore, cap. 47.*

SENTENTIE PAGANORUM.

15. Est ipsa amicorum presentia, tum in secunda, tum in adversa fortuna, suavis et jucunda. *Lib. 9 Moral., cap. 41.*

16. Sic fac omnia, tanquam spectet aliquis. *Proseut.*

17. Prodest sine dubio custodem presentem sibi imposuisse, et habere quem respicias, quem interesse tuis actionibus judices.

18. Hoc quidem magnificentissimum est, sic vivere tanquam sub alieujus semper presentis oculis. *Epist. 25.*

19. Amicorum presentia nos dedicatos facit. *Epist. 55.*

PRÆSENTIA DEI.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Deus extra, Deus intus, Deus ubique est. *Lib. 3 de Virginibus.*

2. Deus est complens omnia, nusquam ipse confusus; penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus. *Proseutio.*

3. Ubique totus est, eodemque tempore, vel in celo, vel in terra, vel in novissimo maris præsens. *Lib. 1 de Fide ad Gratianum, cap. 7.*

4. Ubi est Christus, ibi omnia, ibi doctrina ejus, ibi peccatorum remissio, ibi gratia, ibi separatio mortuorum se viventium. *Lib. 4, epist. 5, ad Felicem Comensem episcopum.*

5. Cum Deus hic est, etiam alibi est, non mutato loco, sed repleto ubique sui presentia. *Prose.*

6. Ubique enim est, qui est, per omnia, et in omnibus, nullum locum immunem sui relin-

quens: et ubi adest, erat: et ubi erat, adest. *Lib. 1 de Cain et Abel, cap. 8.*

7. Nullus absens est Deo, nisi qui se absentem fecerit. *Super Psalm. 36.*

8. Hominem vereris presentem. Dei Patris et Filii non vereris presentem? *Super Psalm. cxviii serm. 4, vers. 2.*

9. Licet ubique sis semper, et stans in medio nostrum, non cernaris a nobis, erit tamen tempus, quo universa caro te aspiciet presentem. *Lib. 7 super Luc., cap. x, in illud: Revertens red-dam tibi.*

10. Deus ubique semper præsens est: sed quia est presentior diligentibus, negligentibus abest. *Ibid.*, lib. 9, cap. 20.

11. Quam remota es a conspectu meo, o beata deitas, qui sic præsens sum conspectui tuo! ubique es tota præsens, et non te video. *Prose.*

12. In te moveor, et in te sum, et ad te non possum accedere: intra me, et circa me es, et non te sentio. *In Proseutio, cap. 16.*

13. Verbi divinitas universa implens, nullis locorum terminis separatur: sicut nihil est unde discedat, ita nihil est quo veniat. *Disputat. contra Arium.*

14. Deum tanto habebimus presentiorum, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, poterimus habere puriorem. *Epist. 52 ad Macedon.*

15. Ad eum, qui ubique præsens est, et ubique totus, non pedibus ire licet, sed moribus: non ambulando, sed amando. *Epist. 52 ad Macedon.*

16. Sicut nullum potest esse momentum, quo homo non fruatur Dei bonitate et misericordia; ita nullum sit momentum, quo presentem non habeat eum in memoria. *De Spiritu et anima, cap. 35.*

17. Homo Deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebatur: a quo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione discedit. *Lib. 8 de Genesi ad litt., cap. 12.*

18. Deus, qui nusquam deest, frustra pollutis animis præsens est, quem videre mentis cæcitas non potest. *De Lxxiii Quest., quest. 12.*

19. Nihil Deo præsentius, et nihil eo secretius. *De Spiritu et anima, cap. 57.*

20. Deus ubique est, et longe est a malis: ubique est, inquam, et longe est a malis, qui ubique sunt. Quomodo longe est quod ubique est? longe est a malis, quia jacet in dissimilitudine sua, exterminans in se similitudinem Dei. *Super Psalm. cxxvi, vers. 7.*

21. Ubique est, qui nullo clauditur loco: non ab illo averti, et tecum est. *Tract. 36 super Evangel. Joan., cap. viii.*

S. ANSELM.

S. ATHANAS. MAGNUS.

S. AUGUST.

22. Ubique est Deus, et ubique totus, qui sentiri potest, videri non potest; qui nusquam deest, et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est, qui nec ibi deest, ubi longo est: quia ubi non est per gratiam, adest per vindictam. In *Medit.*, cap. 29.

23. Non finis est laborare fugiendo, a Deo eligi fugere, non ad illum, si non potes ab illo fugere, quia ubique præsens est, de proximo fuge ad Deum: quia præsens est ubi stas, fuge. *Procc.*

24. Si fugiendo excessisti caelos, ibi est: descendisti ad inferos, quassumque terrarum solitudines elegeris, ibi est. Quo fugere possis ab illo, non est; noli laborare, fuge ad presentem, ne sentias venientem. *Serm. 10 de Verbis Domini.*

25. Quis locus te excipiet fugientem, ubi Dei presentia te non inveniatur? *Homil. 50, ex LIII Homil.*

26. Deus est ubique per divinitatis presentiam, sed non ubique per inhabitacionis gratiam. *Epist. 57.*

27. Novit Deus ubique totus esse, et nullo contineri loco. *Epist. 3.*

28. Deus qui ubique præsens est, et ubique totus, non in omnibus habitat, sed in eis tantum quos efficit templum suum. *Epist. 57.*

29. Homo Dei presentia justificatur, et illuminatur, et beatificatur, dum obedienti subjectoque dominatur. *Lib. 8 de Genesi ad litt.*, cap. 12.

30. Dei sapientia cum tota ubique præsens sit, nullo pacto migrare de loco in locum potest. *Contra Adimant.*, cap. 13.

31. Dominus Iesus Christus ubique præsens est, quia ubique est veritas, ubique est sapientia. *Tract. 35 super Joan.*

32. Præsens est ipse Dominus, qui ubique est, ut adest interrogandi affectum, et intelligendi præstet effectum. *Ibid.*, tract. 38.

33. Idem Deus ubique totus implens caelum et terram presentem potentia, non absente natura. *Lib. 7 de Civit. Dei*, cap. 30.

34. Ideo Deus ubique esse dicitur, quia nulli parti rerum absens est. *Epist. 57.*

35. Nusquam absens est, qui caelum et terram implet. *Epist. 112*, cap. 12.

36. Deus non est absens etiam mentibus impiorum, quamvis eum non videant. *Epist. 120*, cap. 3.

37. Deus cum ubique sit præsens, multis modis per creaturam sibi Domino servientem, aversum vocat, docet erudentem, consolatur sperantem, diligentem exhortatur, conantem adjuvat, exaudiat deprecantem. *Lib. 3 de Lib. arb.*, cap. 19.

38. Deus meus ubique præsens est, ubique

totus, nusquam inclusus; qui possit adesse secretus, obesse non motus. *Lib. 1 de Civit. Dei*, cap. 29.

39. Deus ubique totus, nullis inclusis locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes scissilis, ex nulla parte mutabilis, implens caelum et terram. *Ibid.*, lib. 7, cap. 30.

40. Non loco movetur Deus, qui semper ubique est: sed descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod preter usitatum naturam cursum mirabiliter factum, presentiam quodammodo ejus ostendat. *Ibid.*, lib. 16, cap. 5.

41. Deus totus in celo est, totus in terra; non alternis temporibus, sed utrumque simul, quod nulla natura corporalis potest. *Ibid.*, lib. 22, cap. 22.

42. Non ad eum, qui ubique præsens est, locis movemur; sed bono studio, bonisque moribus. *Lib. 1 de Doctr. christ.*, cap. 10.

43. Non sic Deus dicitur implere mundum, velut aqua, aer, lux; ut minore sui parte, minorem mundi impleat partem, et majore majorem. Novit ubique totus esse, et nullo contineri loco: novit venire non recedendo ubi erat, novit abire non deserendo qui venerat. *Epist. 3.*

44. Deus tuus ubique totus est: si non ab illo facias casum, nunquam a te ipso facit occasum. *Tract. 34, super Joan.*

45. In te manes quietus, ubique circumspicitur, ubique prorsus totus: non enim scindi vel dividi poteris, quia vere unus es, nec in partes offeris, quia totus totum tenes, totum implet et possides. *Lib. Medit.*, cap. 21.

46. Deus quidem omnibus adest in locis, neque tamen Deum locus ullus adest circumscribere. *Orat. 20.*

47. Totus ubique manens, tota est virtute colendus. In suis *Proverbiis*, verbo *Totus*.

48. Qui totus est ubique, locus esse nequit, ubi desit, nisi quo tenebris mallit et insipientia ingatur. *De Substantiis.*

49. Ubique regna Deus, ubique imperat, ubique majestas ejus. *Serm. 5 de Verbis Isaie.*

50. Ubi est Deus? quid dixi miser? sed ubi non est? Altior est caelo, inferno profundior, latior terra, mari diffusior. Nusquam est, et ubique est: quia nec abest ulli, nec ullo capitur loco. *Serm. de Triplici coherencia vincularum.*

51. Nullum omnino presentie Dei certum testimonium est, quam desiderium gratie amplioris. *Serm. 2 de Andrea.*

52. Præsens Deus est, qui Deum amat, in quantum amat: in quo enim minus amat, absens profecto est. *De Præcepto et dispens.*

53. In omnibus que agis, Deum presentem

cognosce, quia ubique præsens cernit quidquid cogit. *Lib. Medit.*, cap. 6.

54. Magna custodia tibi necessaria est, quoniam ante oculos judicis vivis cuncta cernentis. *Ibid.*

55. Si Deum tecum non est per gratiam, adest per vindictam: sed vae tibi, si ita tecum est; immo vae tibi, si ita tecum non adest. *Ibid.*

56. Deus ubique totus est; ubicunque fueris sine ipso, male eris, et male tibi erit, et ubicunque fueris cum ipso, bene eris, et bene tibi erit. *Serm. de Miseria humana.*

DORTIUS. 57. Magna vobis est si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis judicis cuncta cernentis. *Lib. 5 de Consolat. philos.*, prosa 6.

58. Deus ubique est, non quod in omni sit loco; omnino enim in loco esse non potest; sed quod ei omnis locus adsit ad eum capiendum, cum ipse non suscipiatur in loco. Atque ideo nusquam esse in loco dicitur, quoniam ubique est, sed non in loco. *De Trinitate.*

S. BONAV. 59. Deus dicitur prope tribus de causis: per inspirationem, per infusionem, per auxilium. *Expos. 4 super Psalm. cxviii*, in illud: *Prope est tu, Domine.*

60. Plus confundi et plus timere debet homo solum Deum videntem, quam totum mundum peccata sua videntem: ubi enim ille non videt quod agis, qui ubique est? *Serm. 4 Dom. 11, post Pent.*

61. Deus est sphaera, cujus centrum est ubique, et circumferentia nusquam. In *Itinerar. mentis in Deum*, cap. 5.

62. Deus ubique præsens est, sed latens: ubique totus, sed immensus. In *Appendice de Essentia Dei*.

63. Deus est in mundo non inclusus, extra mundum non exclusus, supra mundum non elatus, infra mundum non depressus. *Lib. 1 Compend. theol. verit.*, cap. 17.

64. Sicut Deus ubique est, et tamen nullo loco circumscribitur, sic aeternus est. *Ibid.*, cap. 18.

65. Nihil Deo presentius, et nihil incomprehensibilius: quid nempe culibet rei presentius, quam esse suum? *Ibid.*, cap. 16.

CASSIODOR. 66. Quo profunda cæcitas, Deum ante oculos non habere! *Super Psalm. ix*, vers. 26: *Non est Deus in conspectu ejus.*

67. Presentiam Dei solum quaerit humilis ac devotus. *Super Psalm. cv*, vers. 4.

68. Qui presentiam Dei cupit, a prava se actione suspendit. *Ibid.*

69. Diabolus vacantia desiderat, nudata perquiri: sed ubi Deum presentem reperit, sub magna confusione discedit. *Super Psalm. lxxiii*, in Proemio.

70. Manifestum est, a nulla erectura divinam falli posse presentiam. *Procc.*

71. Nam cum ubique totus plenissime sit, quis eum putat declinari, quo possit abscondi?

72. Illic enim aliquis potest esse celatus, ubi præsens non fuerit ille qui fugitur. *Super Psalm. cxxxviii*, vers. 6: *Quo ibo a spiritu tuo?*

73. Præsentia Dei semper et ubique est. *Super Psalm. cxlii*, vers. 20.

74. Hac solum ratione fit, ut quis nunquam labatur, si Deum sibiipsum semper adesse existimat. *Lib. 3 Pedagogi*, cap. 5.

75. Non est loco circumscribitur Deus, sed in omnibus locis existens, a nullo tamen comprehensus. *Cateches. 6.*

76. Da operam ut crebris Deum in mente habeas quam spiritum duces. *De Octo vitiis. cogit.*

77. Si illud semper memineris, rerum scilicet omnium, quas vel animo, vel corpore geris, inspectorem Deum esse, in nulla omnino actione peccabis. *Ibid.*

78. Quod agere sub præpositorum presentia veremur, sub Dei oculis committere non timeamus. *Homil. 5 ad Monachos.*

79. Ubique totus est Deus per existentiam, sed non æqualiter in singulis per efficientiam. *Serm. 3, super Cont. apud D. Bern.*

80. Dei oculum nihil fugit, licet ad tempus sustineat impios, in quo cunctis illius tolerantia, et judiciorum magnitudo. *Super Job*, cap. 35.

81. Qui ubique est, diligentibus presentior est, negligentibus abest. *Super Luc.*, cap. 20.

82. Qui Deum quasi semper presentem pertimescit, neminem fraudare intendit. *Super Ecclesiastic.*, cap. 29.

83. Cum ubique Deus sit, tamen in illis proprie habitare se dicit, qui ejus gratia perfruuntur. *Super illud II Cor. 6: Vos estis templum Dei vivi.*

84. Deus manet ipse intra omnia, ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia: superior per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem: sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interius penetrans. *Lib. 2 Moral.*, cap. 8, num. 22.

85. Creator omnium Deus ubique est, et ubique totus est: in parte non est, quia ubique est et tunc minus invenitur, quando is qui totus ubique est, in parte quaeritur. *Ibid.*, lib. 16, cap. 15.

86. Deus nusquam deest, et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est: nec tamen ibi adest, ubi longe est; quia ubi non est per gratiam, adest per vindictam. *Homil. 8, super Eszech.*

87. Deus ubique præsens est, et inveniri vix

GLEMENS
ALEX.S. CYRILLUS
HIEROSOL.

KVAGRIUS.

S. EUSEBIUS
EMISS.GILBERTUS
ANGLUS.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS
MAGNUS.S. BASILIUS
SELEUC.

V. BIDA.

S. BERNARD.

CASSIODOR.

potest, quod stantem sequimur, et apprehendere non valemus. *Ibid.*

88. Ubi Dei ingreditur memoria, ibi est lux veritatis immensa. Super septem *Psalms*. ponit. Super *Psalms*. 1, vers. 5.

89. Deus electos suos per spiritalem præsentiam nunquam deserit, et cum stantibus permanet, et cum absentibus recedit. Lib. 1 in *I Reg.*, cap. 4.

90. Crebrus Dei recordari, quam spiritum ducere oportet. Hab. apud *D. Joan. Damasc.* lib. 3, *Parall.*, cap. 18.

91. Semper cogitationi tuæ, Dei præsentia occurrit. *Epist.* 44. ad *Celantiam*.

92. Ad omnia quæ tibi agenda sunt, regaliter age, quia Deus tecum est. In *Quest. super lib. Reg.*
93. Certe quando peccamus, si cogitarem Deum videre et esse presentem, nunquam quod ei displicet faceremus. Lib. 3, super *Ezech.*, cap. 3, super illud: *Certe vides*.

94. Memoria Dei excludit tenneta flagitia. *Ibid.*, cap. 22, super illud: *Mei oblitia es*.

95. Præsentia Salvatoris, tormenta sunt demonum. Lib. 1, super *Matth.*, cap. 8, can. 5, num. 68, super illud: *Quid nobis*.

96. Nullus sine Deo, neque ullus non in Deo locus est: in cœlis est, in inferno est, ultra maria est, inest interior, excedit exterior: ita cum habet atque habetur, neque in aliquo ipse, neque non in omnibus est. Lib. 1 de *Trinit.*, verbo *Circumspicienti*.

97. Mirabile est, Deum ubique esse, et nusquam abesse, in omnibus esse, et totum esse, et extra locos ac tempora pro infinitate atque æternitate sua semper esse, hoc mirificum est. Super *Psalms*. CXXXVIII.

98. Deus immense virtutis vivens potestas, quæ nusquam non adit, nec desit usquam, se omnem per sua edocet, et sua non aliud quam se esse significat: ut ubi sua insint, ipse esse intelligatur. Lib. 8 de *Trinit.*

99. Licet omnis qui male agit, odit lucem, et quærit tenebras: Dei tamen oculos cuncta conspicientes latere non potest. Habet. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 18, quæst. 2, can. *Perniciosam*.

100. Ubi Christus est, ibi angeli sunt, ibi cœlum, ibi lux hac solari luce fulgentior. *Homil.* 49, super *Matth. Oper. perf.*

101. Nullus est locus ubi Deus non sit: et ubi vult aspiciere, ibi fit præsens: ubi autem non vult, absens videtur. *Homil.* 41, super *Matth. Oper. imperf.*

102. Is presentem Dominum non habet, qui Dominum abesse compellit. *Prose.*

103. Nemo absentiam Christi sustinet, nisi qui præsentiam non requirit. *Serm.* 8, de *Resur.*

104. Nusquam est Deus, et tamen ubique est, neque in loco est, neque ullus est locus in quo non sit. *Homil.* 5, super *Epist. ad Coloss.*

105. Est Deus ubique non solum præsens, sed vere intus ac præsentissimus, quem nullum latet secretum, cui nihil manet absconditum, sed totum ei patet manifestum. Lib. 2 ad *Monachos*, *serm.* 5.

106. Deus sphaera est, cujus centrum ubique est, et circumferentia nusquam. *Prose.*

107. Intra omnia est, nec includitur: extra omnia est, et non excluditur: supra omnia est, et non opprimitur: infra omnia est, et non portatur.

108. Ipse omnia includit, qui ubique totus cum sit, nullo in loco concluditur: magnus et immensus, nulla quantitate terminatur. Part. 1 de *Regione claustral.*, tract. 2, reg. 2, art. 7, radice 1.
109. Frustra fugere a conspectu Judicis nititur cujus præsentia omnia implentur. *De Vanit.*, et *miser. hum. vite*, cap. 1.

110. Deus est intra omnia, sed non inclusus: extra omnia, sed non exclusus. Lib. 1 de *Sun. bono*, cap. 2, sent. 3.

111. Deus ubique præsens est, Spiritus ejus totum implet, majestas ejus omnia penetrat. *Prose.*

112. Cuncta suæ potentie attingit præsentia, extra eum locus nullus est.

113. Cognitioni ejus nihil occultum est, omnia secreta vis virtutis ejus irrumpit.

114. Nulla sibi latere patitur, nullis obicibus, ut non penetret, impeditur: ipse cogitationes novit, ipse cor inspicit. Lib. 2 de *Synonyma*, cap. 11.
115. Multum refrœnat homines conscientia, si credamus nos in conspectu Dei vivere. *De Ira Dei*, cap. 8.

116. Deus ubique te intratur, atque etiam abditissima intentionum affectionumque tuarum perfecte cognoscit. *Prose.*

117. Adeo tibi præsens est, adeo intra te est, ut nec unum quidem sine eo moveas gressum.

118. Hoc prorsus persuasum habe, hoc crede, et præsentiam ejus ama ac reverere, erubescens aliquid admittere, quod oculis tam excelsis, tanquam intus spectatoris displiceat. In *Canon. vite spirit.*, cap. 23.

119. Felix illa anima, quæ Deum sincere diligens, in hoc exilio præsentiam ejus libero, clara, sereno, et simplicis mentis intuitu, gratia ejus adjuvante, contemplari novit. In *Speculo spirit.*, cap. 10.

120. Deus ubique non tantum nobis proximus, sed infusus est. In suo *Octavio*.

121. Deum ipsum semper præsentem adesse existima in omnibus quæ agis. *Parones*. 26.

JOAN.
TRITE.

122. Deus ubique præsens est: quia non est locus, neque in cœlo, neque in terra, neque in excelsis, neque apud inferos, ubi non sit præsens. Lib. 1 in *Job*, super illud: *Ut starent ante Deum*.

123. Deus implet omnia, penetrat omnia, relinquens seipso vacuum; et quem locum occupabis, in quo non sit Deus? Lib. 2 *Legis allegor.*

124. Audi sententiam verissimam ab eo, cui cuncta sunt cognita, Deum esse nusquam: nam ipse non continetur, sed universa continet; quidquid autem in loco est, id contineri, non contineri necessario sequitur. *Ibid.*

125. Deus implet omnia, non contentus, sed continens, qui solus ubique simul, et nusquam est. *De Confus. linguar.*

126. Id invisibile incomprehensibileque nomen, cum sit ubique, nusquam tamen vera cernitur, aut percipitur. *Ibid.*

127. Quid mirum, si nulla creatura latere potest Deum, qui universa replet sua præsentia? Lib. *De eo quod dicitur potiori*.

128. Impossibile est deesse commodum aliquid, ubi Deus presidet. *De Agricultura*.

129. Præsentia Dei semper querenda est, et perseveranti studio agendum, ut qui præsentem se tribuit, non recedat. Super *Psalms*. civ, vers. 4.

130. Deus ubique est, et omnia implet: quia cingendo implet omnia, implendo cingit, gubernando presidet, presidiendo gubernat. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 1, can. 6.

131. Præsentia majestatis Dei præsto est omni creatura, semper ubique adest, ut nunquam omnino, sicut nusquam abesse possit. Part. 1, *serm. de Missionem Spiritus sancti*.

132. Absque dubio Deus illic est, ubi illa pars fuerit, a qua Dei Spiritus non recedit. Lib. 1 ad *Eccles. cathol.*

133. Ubique Deus adest, et omnibus præsto est. Super *Psalms*. cxxxviii, vers. 7.

134. Ubi est Deus, illic est vita atque amenitas æterna. Lib. 1 in *Evang.*

135. Deus est in omnibus per potentiam, quia cuncta omnia subiecta sunt; est in omnibus per essentialiam, quia omnia immediate creavit; et in cunctis est per præsentiam, quia omnia cognoscit. Part. 1, quæst. 8, art. 3.

136. Attendite, dilecti fratres, præsentiam Christi in omni loco, ubicunque convenitis, sive ad orandum, sive ad laborandum. *Serm.* 4 ad *Novit.*

137. Tua, Jesu, præsentia, gaudium mihi facit: tua absentia luctum sæpe parit. *Mellit.* 8 de *Nativit.*, cap. 3.

138. Quando Jesus adest, totum bonum est, nec quidquam difficile: quando vero Jesus non adest,

totum durum est. Lib. 2 de *Imit. Chr.*, cap. 8.

139. Ubi mihi bene fuit, Dominus Deus meus, sine te? aut quando male esse potuit præsentie te? *Prose.*

140. Male pauper esse propter te, quam dives sine te: eligo potius tecum in terra peregrinari, quam sine te cælum possidere.

141. Ubi tu, ibi cælum: atque ibi mors et infernus, ubi tu non es. *Ibid.*, lib. 3, cap. 59.

142. Ibi Deus est, ubi integræ religionis est animus. *Homil.* 11.

143. Ubique Deus est: pius autem et in spirituali exercitio sudantibus propinquat; non his qui professione sola honestantur, sed his qui illustrantur operibus. Lib. 10, cap. 114.

144. Ubi Deus est, quis insidiari valet, aut nocere poterit? *Ibid.*

145. Surgente, vel ambulante, vel sedente, vel aliud quodlibet faciente, si est Deus præ oculis tuis, in nullo poterit te inimicus exterrere. In *Sent. in fine positus*, sent. 24.

146. Deus ubique est, et ubique adest, audit et videt, et efficit. *Serm.* 4, super *Psalms*. cxxxviii.

SENTENTIA PAGANORUM.

147. Singulis partibus unum adest et idem, quod a nulla parte abest, sive minor quidem illa sit, sive major, sive quomodocumque se habeat, et ubique simul est totum. *Sizgia* 5, in *Dialogo Parmenidis*.

148. Dei divinitati omne præsens est. Lib. 2, quæst. 36.

149. Semper ante oculos Deus est habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, et omnia tanquam illo vidente faciamus. *Prose.*

150. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis assistat. O felicem illum! qui non respectus tantum, sed et cogitatus emendat. *Epist.* 41.

151. Sic certe vivendum est, tanquam in conspectu vivamus: sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus infimum inspicere possit: quid enim potest ab homine esse secretum? nihil Deo clausum est, interest animis nostris, et cogitationibus mediis intervenit. *Epist.* 83.

152. Nequaquam latebis Deum agens injuste, sed nec cogitans quidem. *Sent.* 59.

153. Spentis mentem Deus inhabitat. *Ibid.*, sent. 137.

154. In actibus tuis ante oculos pone Deum. *Ibid.*, sent. 216.

155. Ipse sic cogita Deum presentem, semper agentem omnia, Deum unicum volumine sua cuncta consuetem. Lib. de *Potest. et sap. Dei*, cui titulus, *Pimander*, cap. 4.

156. Nihil est in omni natura, ubi Deus ipse non sit: hic Deus nomine melior, hic occultus,

S. VALER.
EMISCOENS.
IN VITIS
PATR.S. ZENO
EPISCOPIUS
ET MART.

PLATO.

SENECA.

SIXTUS
PHILOSOPH.

TRIMEG.

S. ISID.
DUSP.

S. PROSPER.

S. BEMIG.

RICHARD. A
S. VICTORE.

SILVIANUS.

S. THEODOR.

S. THEOPH.
ANTIOCH.S. THOMAS
AQUINAS.THOMAS
A KEMIS.MINOT.
FELIX.

S. NILUS.

hic rursus omnium potentissimus, hic menti conspicuus, hic præsens oculis: nihil in corporibus est quod ipse non sit. *Ibid.*, cap. 5.

157. Existentia ipse Deus amplectitur: extra hunc nihil est, extra nihil ipse. *Ibid.*, cap. 9.

158. Non fit aliquid usquam, nec est factum, ubi Deus ipse non adsit. *Ibid.*, cap. 12.

159. Deus supra verticem summi cæli consistens, ubique est, omniaque circumspicit, terre et mari dominatur. *De voluntate divina*, cui titulus, *Asclepius*, cap. 9.

Vide etiam tit. *Compunctio*, sent. 87; *Desertio Dei*, sent. 28; *Fuga*, sent. 21; *Judicium extremum*, sent. 51; *Justificatio*, sent. 14; *Peccatum*, sent. 390; *Providentia Dei*, sent. 107; *Querere Deum*, sent. 13; *Trinitas*, sent. 83.

PRÆSUMPTIO.

- COLLECTOR. *Elymologia*. Præsumptio dicitur, quasi præ aliis sumptio.
- S. ANTON. *Definitio*. Præsumptio est vitium, quo quis aggreditur, vel exequitur ea, quæ supra facultatem suam sunt, et conditionem. Part. 2, tit. 3, cap. 6.
- Præsumptio est vitium, quo quis in actibus exterioribus aliquid inusuetum facit sine rationabili causa. Part. 2, tit. 4, cap. 5.
- S. DONAV. Præsumptio in hoc consistit præcipue quod homo præsumit gratiam se habere, vel ex se, vel pro meritis suis, vel falso, vel plus aliis. Unde versus:
- Ex se, pro meritis, falso, plus omnibus inflat.
In *speculo anime*, cap. 1.
- HUGO CARD. Præsumptio est, quæ bonum quod habet et se, vel ex meritis suis se credit habere. Super *Prov.*, cap. xxx.
- JOAN. GERS. Præsumptio est vitium, quo quis expectat futurum bonum, aut evasionem mali plusquam oportet. Part. 4, in *Descrip. terminor.*, cap. *Temperantia*.
- S. THOMAS AQUINAS. Præsumptio est quedam nimia et immoderata fiducia, seu spei excessus, non modo circa propria vires, sed circa divinam potentiam, vel misericordiam. 2, 2, quest. 21, art. 1.
- Præsumptio peccatum est, quo aliquis ea agere assumit, quæ suas vires superant. *Ibid.*, quest. 150.
- S. ANTONIN. *Divisio*. Præsumptio triplex est: prima est præsumptio de propria justitia; secunda est præsumptio de sua scientia; tertia est præsumptio de injusta potentia. Part. 2, tit. 3, cap. 6, § 3.
- S. DOROTH. *Productio*. Nihil præsumptione gravius, quæ vitiorum omnium et mater est, et genitrix. *Doctrina* 4.

Comparatio. Præsumptio summo incendio comparatur, quod cum exardescit procello commisit. *Doctrina* 4.

SENTENTIE PATRUM.

1. Aliud est mereri, aliud præsumere, præsumptio enim arroganti est proprior, quam roganti. Lib. 2 de *Penit.*, cap. 8.
2. Præsumptuosus est ambiciosus et arrogans. S. ANTONIN. Part. 2, tit. 3, cap. 5, § 7.
3. Nulla præsumptio perniciosior, quam de propria justitia et scientia superbiore. Part. 2, tit. 3, cap. 6, § 3.
4. Vere homo habet timere, et non præsumere, considerata hominum invaliditate, demonum fortitudine, et lapsorum multitudine. *Ibid.*
5. Duo sunt, quæ in errore hominum difficile tolerantur: præsumptio, priusquam veritas pateat; et cum jam patuerit, præsumptæ defensionis falsitatis. Lib. 2 de *Trinitate*.
6. Nullus de se pertinaciter præsumat ne peccet. Lib. 1 de *Gratia Dei*, cap. 45.
7. Noli sperare de te, sed de Deo tuo: nam si speras de te, anima tua conturbatur ad te, quæ nondum invenit unde sit secura de te. Super *Psal.* xii, vers. 8.
8. Quid est circa te, vel in te, unde possis præsumere? abjice abs te, et tota præsumptio tua Deus sit. Super *Psal.* lxxxv, in *expositione*, vers. 1.
9. Nemo desperet, nemo de se præsumat: et desperare malum est, et de se præsumere. Sic noli desperare, ut eligas de quo debeas præsumere. Tract. 49, super *Evang. Joann.*, cap. 11.
10. Noli effici justus multum, non est notata justitia sapientis, sed superbia presumens. *Ibid.*, tract. 95, cap. vi.
11. Nemo se falsa securitate decipiat, ut de suis viribus periculose præsumat. *De Honest. mulier.*, cap. 2.
12. O homo ideo non vicisti, quia de te præsumpsisti. *De verbis Apostoli*, serm. 4.
13. Qui præsumit de viribus suis, antequam pugnet, ipse prosternitur. *Ibid.*
14. Expertus sum quid mali habeat superba præsumptio. Lib. 11 de *Genesi ad lit.*, cap. 5.
15. Nulli hominum de sua justitia præsumendum est. Lib. 5 contra *Crescentianum*, cap. 16.
16. Quandiu perfectionem angeli non habemus, præsumptionem diaboli non habeamus. Lib. 2, de *Baptismo contra Donatist.*, cap. 5.
17. Præsumptio in isto tentationum loco non expedit, ubi tanta est infirmitas, ut superbius possit generare securitas. *De Corrupt. et grat.*, cap. 13.
18. Multum valet præjudicium presumptionis

S. DOROTH.

V. BEDA.

S. AMEROS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

- ad affirmandam impudentissimam falsitatem. Lib. 4 contra *Crescon.*, cap. 28.
19. Nimis dolenda præsumptio, quod ea mala facere præsumunt Christiani, quæ execrantur pagani. In suis *Prov.*, verbo *Nimis*.
20. Absit typhus presumptionis, ut non desit fructus devotionis. Homil. 4, super *Missus*.
21. Via demonum præsumptio et obstinatio: quam horrenda præsumptio! mira quidem præsumptio demonum, sed non minus mira obstinatio est: quia converti noluerunt a via presumptionis, incidendum in viam obstinationis. Serm. 11, super *Qui habitat*.
22. Dissimulatio est proprie infirmitatis, dum sibi parcens, sibi blandiens, sibi persuadens homo aliquid se esse, cum nihil sit, jam ipse se seducit. *Ibid.*
23. Falsa præsumptio a via veritatis homines extrudit. *Ibid.*
24. Volo te præsumere, et non presumere: presumere ne diffidas, non presumere ne torpescas, non timere ut præsumas. Epis. 87, ad *Ogerum cavonic. regular.*
25. Præsumptuosus primus in conventibus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intronitit, reordinat ordinata, reficit facta, judicat judicantes, præjudicat judicatoris. *De Duodecim gradibus humilitatis*, gradu 7 de *Præsumptione*.
26. Præsumptuosus quidquid ipse non fecerit, aut ordinaverit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatum. *Ibid.*
27. Si mediocris præsumptuosus aliquo obedientia injuncta fuerit, indignatur, aspernatur, arbitrans se non esse minoribus occupandum, qui se ad majora sentit idoneum. *Ibid.*
28. Probet seipsum, qui de propria virtute præsumit. *In Declamat.*
- S. DONAV. 29. Præsumptio arrogantie oculum cordis claudit, ut omnino non videat: vel distorquet ut perverse videat, et aliud pro alio probet. Serm. 1 Dom. infra *Oct. Epiph.*
30. Ille qui dum de se plusquam debet præsumit, etiam ubi errat, recte se plerumque sentire deceptus putat. *De Sex aëis Seraph.*, cap. 7.
31. Cavendum est ne dum nimis vitatur præsumptio, inordinationis accedat confusio. *In speculo discipuli*, part. 1, cap. 5.
- S. DOROTH. 32. Sane nihil deterius quam de se multum præsumere; in hoc enim extremus est interitus. *Doctrina* 1.
33. Nihil adeo ab anima depellit timorem Dei, ut snipsius præsumptio. *Ibid.*
- S. EUSEBIUS 34. Principium omnium malorum est sui præsumptio.

Tom. III.

- sumptio: qui non timet, de se præsumit. Epist. ad *Demasum papam, de morte D. Hieronymi*.
35. Nemo se aliquis virtutis æstimet, etiam cum quid fortiter potest: quia si divina protectio deserat, ibi repente emervit obruitur, ubi se valenter stare gloriabatur. Lib. 23, *Moral.*, cap. 19.
36. Præsumptio virtutis proprie tanto gravius in desperatione est, quanto longius ab humilitate. *Ibid.*, lib. 22, cap. 5, num. 10.
37. Infirmus animus non in sui præsumptione se elevet, ne unde foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intus cadat. Lib. 19, in *Registrum*, *ibid.* 4, cap. 58, epist. 58, ad *Augustin. episc. Anglor.*
38. Præsumptio præceptor pessimus est. Epist. 8, ad *Demetriad.*
39. Plus labor, sed periculosa præsumptio. Super *Evang.* in *Præfat.*
40. Docere magistros, arguere seniores, impedire majoribus, superbi spiritus est, et de seipso præsumens. Lib. 3, *Miscellan.*, codic. 2, tit. 2.
41. Nulla præsumptio perniciosior, quam de propria justitia aut scientia superbiore. Super *Ecclesiastic.*, cap. vii.
42. Semper præsumit ægra, perturbata conscientia. Super *Luc.*, cap. xix.
43. O superba præsumptio, et præsumptuosa superbia! que non tantum angelos Deo voluisti adæquare, sed etiam homines præsumpsisti deificare! Lib. 2 de *Contemptu mundi*, cap. 32.
44. Ubi præsumptionis spiritus imperat; ibi sola peccati arbor fructibus suis exuberat. In serm. de *Ponit.*
45. Illius est ut infirmum se homo cognoscat, et sciet, quam ut de se presumens cadat. *De Signo vite*, tract. 8, de *Spe*, cap. 3.
46. Inconsulta deliberatio, atque elata præsumptio, plurimos prosternit in foveam. Tract. de *Compunct. et complacitu*.
- S. LEO I. 47. Superbum est de non peccandi facilitate præsumere, cum hoc ipsum præsumpsisse peccatum sit. Serm. 3 *Quadrage.*
48. Temeritas non intervenit presumptionis, ubi est diligens pietatis. Epist. 92, ad *Rustic. Narbonensem episc.*, cap. 16.
49. Nihil temere agat quisquam, sed cum determinatione: nil præsumptivo assumat absque consilio, ut vitium presumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Hab. in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 9, quest. 3, can. *Per.*
50. Nihil in Ecclesia pejus præsumptione errorum, nihil stultius præsumptione temeraria, nihil odibilis præsumptione noxia. Lib. 8, epist. 23, ad *Nicolanum monach.*
51. Præsumptio est venenum cottumpens me-

S. CESARIENS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A. S. VICTOR.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. LEO I.

S. MARTINUS BART.

PETR. CELL.

ROBERTUS.

BEZZARIUM.
SALVIANUS.ritum operum honorum. Super *Psalm.* 4, vers. 6.52. Quosdam aut stulta præsumpcio de longevitate vite, aut spes quandoque agendas poenitentis, consolatur. Lib. 7, de *Gubern. Dei*.53. Stulte præsumpciones, perditionis causa sunt, non salutis. Lib. 2 ad *Ecles. cathol.*54. Præsumpcie spes, sarcinæ sunt reatus. *Ibid.*, lib. 4.

TERTULL.

55. Qui præsumpsit, minus veretur, minus præcavet, plus periclitatur: quia præsumpcio impedimentum est timoris. De *Cultu familiar.*, cap. 2.IN VITIS
PATRI.56. Quæcunque super mensuram sunt, demonum sunt. In *Sent. in fine posit.*Vide eliam tit. *Cedere*, sent. 6; *Juventus*, sent. 17, 18; *Meritum*, sent. 19, 56; *Perfectio*, sent. 23; *Premium*, sent. 58.

PRÆVISIO.

RICHARD. A
S. VICTORE.Definitio. Quid est prævidentia, nisi exploratio futurorum? Part. 1, tract. 2 de *Externat. mali*, cap. 12.

CICERO.

Prævidentia est, per quam futurum aliquid videtur antequam factum. Lib. de *Invent. rhetor.*

SENTENTIA PATRIUM.

S. AMBROS.

1. Fortis est viri non dissimulare cum aliquid imminet, sed prætereundere, et tanquam explorare de specula quadam mentis, et obviare cogitatione provida rebus futuris. *Prosec.*2. Nisi explorantur adversa, cito occupant et animum mala inexplorata plus frangunt. Lib. 1 *Offic.*, cap. 38.3. Tolerabiliora sunt doloris præmeditata, quam inexplorata vulnera. De *obitu Saiyri fratris sui*.

S. AUGUST.

4. Sapientis est non tam cujuslibet rei principium prospicere, quam finem exitumque prævidere. *Prosec.*5. Felix comprobatur esse, qui sic cogitat de supplicio ante supplicium, ut postea supplicii effugiat periculum. De *Speculo peccatoris*, cap. 3.6. Deus non tantum qualis quisque sit videt, verum etiam qualis futurus sit prævidet. *Epist.* 54.7. Prævidet Deus bonos futuros, et creat: prævidet malos futuros, et creat: et seipsum ad fruendum præbens bonis multa numerum suorum largiens et malis. Lib. 11 de *Genesi ad lit.*, cap. 11.8. Quia prævidet medicus quod non prævidet iustus artis ignarus, non ideo jam divinus habendus est. De *Divinatione demon.*, cap. 5.9. Deus etiam futuras prævidet voluntates. De *Unit.*, cap. 9.10. Causa que non prævidetur, non permittit quæquam ad meliora proficere. In suis *Prov. verbo, Causa*.11. Diligenter omne quod faciendum erit, tracta apud te, et cum his qui te diligunt: tracta autem ante factum, quia post factum sera retractio est. Lib. 1 de *Consid. ad Eugen. Papam*.12. Non præcipitanter agere; diu considera, diligentius intueri: experire quod possis, antequam consulte, ne post factum poenitere contingat. In *Declamat.*13. Nullus est casus, quem non meditatio tua præveniat: nullus sit casus, qui te imparatum inveniat. De *Inter. domo*, cap. 45.14. Prævidere iacturam periculi, sapientis hominis est. *Prosec.*

15. Omnia enim meditata leviori adventu accidunt, et expectata mala tolerabiliter feruntur.

16. Advenientes impetus præmeditatio frangit, præcogitatio attenuat, prævisio lenit. *Serm.* 55 ad *Sororem*.17. Gravia sunt mala improvisa, acerba sunt, et graviter ferunt. *Prosec.*18. Repentinum malum cito frangit; quod prævisum non est. *Ibid.*19. Qui vult opus altum incipere, debet prævidere, si velit perseverare. Super *Luc.*, cap. 14, in illud: *Sedens computat*.20. Debemus tanto sollicitius diem iudicii formidare, quanto eam non possumus prævidere. Super *Luc.*, cap. 14.21. Familiare est prudenti consideratione omnia prævenire: confort enim ad singula fuisse premunitum. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 5.22. Discretionis est, agenda queque previa deliberatione metiri, et non agenda cavere. *Prosec.*23. Qui de futuro nihil præmeditatur, omnia incautus incidit. *Ibid.*, cap. 28.24. Præoccupandus est aditus cunctis insidiis, ne hostilitas prior obrepens occurrat improvisis. *Prosec.*25. Salutare remedium est in insidiis prævenire potius, quam preveniri. Anticipare potius, quam anticipari, viribus fortibus congruit. De *Singularitate clericorum*, cap. 23.26. Strenuum se præbet miles in bello, si ante pugna labores belli studia prævisione meditatur. *Homil.* 16 de *Festis paschal.*27. Sultus est omnis, qui terrenis actibus deeditis futurum non prævidet. Super *Proverb.*, cap. 15.28. Is qui cuncta priusquam veniant conspiciat, nequaquam postquam aliquid fecerit, poenitendo respiciat. Lib. 9 *Moral.*, cap. 6.

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. DOMAS.

S. DOMAS.

RUGO A. S.
VICTORE.

RUGO CARD.

S. CYRILLUS
ALEX.S. CYRILLUS
ALEX.

EPISS. CAR.

S. GREGORIUS
MAGNUS.29. Solerter animus inter actionis sue primordia, cuncta debet adversa præmeditari. *Ibid.*, lib. 5, cap. 31, num. 80.30. Qui nonnulla providens agere nititur, sæpe dum cautus futura subtiliter prævidet: incautus dum presentia presentia nequaquam videt: sæpe dum presentibus invigilat, ad instantia prævidenda dormitat. *Ibid.*, lib. 2, cap. 25.31. Fit plerumque, ut nulla eveniant, que prævidetur. *Ibid.*, num. 35.32. Tanto longius mens a necessariis cessat, quanto inania latius cogitat. *Ibid.*33. Qui veraciter intus dolet, que agenda foris, que non agenda sibi, fortiter prævidet. *Ibid.*, lib. 3, cap. 19.34. Prævidere dicitur, qui unamquamque rem, antequam veniat, videt: et id quod futurum est, priusquam presens fiat, prævidet. *Ibid.*, lib. 29, cap. 23.35. Dum menti nonnunquam ignavis surrepit, prudentia frigescit: nam cum fessa torquet, ventura non prævidet. *Ibid.*, lib. 2, cap. 27, num. 36.36. Ille laudabiliter spicula emittit, qui prius hostem, quam feriat, conspiciat. *Ibid.*, lib. 6, cap. 18.37. Ipsa animarum vis subtilitate sua aliquid prævidet. Lib. 4, *Dialogi*, cap. 25.38. Minus jacula ferunt, que prævidentur. *Homil.* 35, super *Evang.*RUGO A. S.
VICTORE.39. Stultus est, qui que sibi mala resiant, prævidere nescit, atque hæc peritura et falsa quedam bona, quasi semper sint permansura diligit. Lib. 3, de *Arca Noe moral.*, cap. 4.

RUGO CARD.

40. Insuper est, qui mala prævidet, sed non præcavet. Super *Deuteronom.*, cap. 32.41. Justi animadvertunt præterita corrigendo, presentia dirigendo, futura cavendo, bona eligendo, mala reprobando. Super *Proverb.*, cap. XXVIII.42. Reprobis, qui propria sponte non videt quod in presenti patitur, et quod in futuro sit passurus non prævidet. *Ibid.*, cap. 14.43. Utrobique decipitur ræns humana, et cum scilicet malum non videt quod patitur, et quod non prævidet malum quod patitur. Super *Ecclesiastor.*, cap. 11.44. Non prævidere quid desideretur, sed statim ignota cupere, furiosa audacia est, et præcepta temeritas. *Prosec.*45. Melius est prævidere, quam ambulare ut libet. *Ibid.*, cap. 6.46. Oculi sunt prælati, qui debent aliis prævidere, sicut oculus prævidet toti corpori. Super *Apocal.*, cap. XIX.

47. Omne malum quod accidit ex insperato,

nimis est grave: quod autem expectatur antequam accidat, postquam acciderit, levius invenitur. *Homil.* 24, super *Math. Oper. imperf.*48. Quid mirum, si ille qui omnia potest, et qua prævidet non prævidisse potest: cum contestidei, quod ea que prævisa sunt non evenire possunt, et que non prævisa sunt evenire, nec tamen citra conspectum providentiae valeant evenire? Lib. 2 de *Nugis curial.*, cap. 22.49. Sicut Deus prævidit, eveniet; et si non evenit, non prævidit: unde probabiliter ad minus colligitur, quia si potest non evenire, potest etiam non fuisse prævisum. *Ibid.*50. Dei servus semper fallentis diaboli prævidere debet insidias, ne pereat. Lib. 3 de *Sum. bono*, cap. 22, sent. 9.51. Sapientis est omnia adversa ante meditari, nec inveniri casus debet, quem non prævidit. *Ibid.*, cap. 58, sent. 9.52. Sapientis est, periculi prævidere iacturam, omnia meditata leviora accidunt, expectata mala tolerabiliter feruntur. *Prosec.*

53. Dedit adversus casus consilium, prævisa res non admiratur cum acciderit.

54. Advenientes impetus meditatio frangit, præcogitatio futuras molestias attenuat, prævisio malorum lenit adventum.

55. Inopinatum malum fortiter ferit, acerba sunt que cogitata non fuerunt, graviora sunt in quibus improvisi incurrimus.

56. Repentinum malum cito frangit, quod prævisum non est vehementer affligit. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 6.57. Ancipitem diu delibera sententiam, ante factum cogita diu, ante opus præmeditare diu. *Prosec.*58. Quod vis agere, diu exquire, diu considera et proba, et sic age: cum diu cogitaveris, tunc fac quod probaveris. *Ibid.*, cap. 12.59. Præmeditari debemus aliquid eventurum est, ne veniens novum aliquid, stuporem animis nostris afferat. *Epist. ad Zenam*.60. Nec incipi, aut fieri, aut consummari quidquam potest, nisi fuerit ratione prævisum; aut quemadmodum facti antequam sit, aut quemadmodum constet postquam fuerit effectum. Lib. 2 de *Divin. Instit.*, cap. 9.61. Facile a virtutis tramite deviat, qui nescit prævidere quod agat. De *Interiori conflictu*, cap. 2.62. Absque scita contemplatione nihil eorum que fiunt, bonum est. Et hab. apud D. Joan. Damasc. lib. 4 *Parall.*, cap. 63.63. Jacula, que ab hostibus jaciuntur, si prævisa fuerint, minus inferunt læsionis. *Epist.* 169 ad *Quendam*.JOANNES
SABRES.S. ISIDORUS
HISPALENSIS.S. JUSTIN.
MART.

LACT. FIRM.

S. LAURENTIUS
JUSTIN.

S. NILUS.

PETERUS
BLESSENSIS.

PETR. CELL.

64. Non imminetia lucrosius evitantur pericula, si affuerit oculus praevidentiae, et manus vigilantis cautele. Lib. 2, epist. 15.

S. PETRUS DAMIANUS.

65. Nunc dum tibi mundus aridet, dum carnis sanitas fervet, dum prosperitas terrena demulcet, quae post istae sequuntur, excogita atque considera. Lib. 4, epist. 5 ad *Quendam episcopum*. in principio.

RICHARD. A. S. VICT.

66. Felix ille, qui imminetent ruinam praevidere potest, dum adhuc rex est, et passionibus suis dominari potest. Part. 4, lib. 1 de *Erud. hom. inter.*, cap. 35.

S. THOMAS AQUINAS.

67. Anima humanae secundum quod a sensibus corporis abstrahitur, competit futura praevidere 2, 2, quaest. 172, argum. 1.

THOMAS A KEMPIS.

68. O hebetudo et duritia cordis humani, quod solum praesentia meditatur, et futura non magis praevideat! Lib. 1 de *Imit. Chr.*, cap. 23.

69. Quis omnia praevideat, quis praecavere futura mala sufficit? si praevisa sepe etiam laedunt, quid impraevisa, nisi graviter feriunt? *Ibid.*, lib. 3, cap. 45, sect. 3.

IN VIT. PAT.

70. Causa quae non praevideatur, non permittit nos in meliora proficere. In *Sententis* in fine positus, sent. 65.

SENTENTIAE PAGANORUM.

CATO PORT.

71. Prospice qui veniunt, hos casus esse ferendos: Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante.

Lib. 2 *Distichor.*, metr. 55.

CICERO.

72. Est sapientis quidquid homini accidere possit, id praemeditati ferendum esse si advenit: majoris autem est consilii praevidere ne quid tale accidat, sed animi non minoris, fortiter ferre, si evenit. Orat. 53 *Philippo*, num. 11.

73. Videntur omnia repentina graviora: praemeditatio futurorum malorum lenit adventum, quae venientia longe ante videris. Lib. 3 *Tuscul. quasi*.

74. Multum potest praevisioni animi, et preparatio ad minnuendum dolorem: nihil enim est quod tam obtundat elevet quae aegritudinem, quam perpetua in omni vita praecogitatio, nihil esse quod accidere non possit. *Prosec.*

75. Sed facilis fert cum accidit, quod posse accidere diu cogitaverit: quae praecogitatio una maxime molestias omnes extenuat et diluit. *Ibid.*

76. Hostium repentinus adventus magis aliquando conturbat, quam expectatus: et maris subita tempestas quam ante praevisa, terret navigantes vehementius. *Ibid.*

MIMUS PUB.

77. Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. In suis *Seut.*, sent. 96.

78. Praecogitati mali, mollis ictus venit: sed stultis et fortune credentibus, omnis videtur nova rerum, et inopinata facies. *Prosec.*

79. Sapiens autem assuescit futuris malis, et quae alii diu patiendae levia faciunt, hic levia facit diu cogitando. Epist. 76.

80. Quae multo ante praevisa sunt, languidius incurrunt. De *Consol. ad Marciam*, cap. 9.

81. Quidquid fieri potest, quasi futurum cogitemus. Epist. 24.

82. Quidquid expectatum est diu, levius accidit. Epist. 78.

83. Nihil nobis improvisum esse debet, in omnia praemittendus est animus, cogitandumque non quidquid solet, sed quidquid potest fieri. Epist. 91.

84. Tu metuenda declina, et quidquid consilio prospici potest, prospice. Quodcumque lasurum est, multo antequam accidat, speculare et averte. Epist. 98.

85. Fortis est animus, ad quae preparatus venit. Lib. 3 de *Ira*, cap. 37.

86. Expecta quod nunquam poeniteas. De *Moribus*.

87. Delibera priusquam agas; et antequam agas, praevide quale sit quod facturus es. Sent. 85.

88. Praescire cuncta, prudentes decet. De *Volunt. divina*, cui titulus, *Aetlepius*, cap. 9.

Vide etiam tit. *Adversitas*, sent. 89; *Mors*, sent. 154, 155.

PRAVITAS.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Graviores inimici sunt pravi mores, quam hostes infestis. *Prosec.*

2. Facilius enim pravitas hostium vincit potest, quam morum. Serm. 57 de *Eliseo propheta*.

3. Sicut pravum est cor, ita et prava ejus desideria, et inde sequuntur prava opera. Part. 2 *Summae* h, tit. 4, cap. 5.

4. Ignorantia sui, causa est pravitatis. Part. 4, tit. 2 de *Prudentia*, cap. 3.

5. Tanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio charitatis. Lib. 6 *contra Epist. Parmen.*, cap. 2.

6. Cujusque hominis pravitas, quanto periculosior et tortuosior est, tanto instantius et operosius corrigenda est. Lib. 4 de *Baptismo*, cap. 16.

7. Qui in Dei Ecclesia aliquid pravum sapient, et emendare nolunt, sed defensare persistent, haeretici sunt. Lib. 13 de *Civitate Dei*, cap. 50.

8. Inter animam rationalem et Deum, non separari nisi voluntas prava. De *Fide contra Manich.*, cap. 14.

9. Prima pravitas, quam non obeditur, ab homine est: quia ex rectitudine, in qua cum Deus

SENECA.

V. BEDA.

BOETIUS.

DIDYMUS ALEX.

S. GREGORIUS MAGNUS.

SIXTUS PHILOSOPHUS.

TRIMEGISTUS.

S. AMBROSIO.

S. ANTONIO.

S. AUGUSTINO.

HUGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

JOAN. TRITH.

primitus fecit, sua mala voluntate decidens, pravius effectus est. De *Corrupt. et grat.*, cap. 6.

10. Duplici reatu constringitur, qui et in seipso prava committit, et alios pravitate sua corrumpit. In suis *Proverb.*, verbo *Duplici*.

11. Si miserum est voluisse prava, potuisse miserius est, sine quo voluntatis miser langueret effectus. Lib. 4 de *Consol. philor.*, prosa 4.

12. Omnis particeps rationis factus est homo, ut esset probus, et non pravius. Lib. *contra Manich.*

13. Injustorum pravitas saviendo malitiam exorcet. Lib. 14 *Moral.*, cap. 24.

14. Pravi cum recta reprehendunt, ne ipsi qui justa sunt necesse videntur, nota omnibus bona quae audiendo didicerunt, quasi incognita proferrunt. *Ibid.*, lib. 8, cap. 22, num. 25.

15. Mens prava semper in laboribus est, quia aut molitur prava, quae inferat, aut metuit ne sibi ab aliis inferantur. *Ibid.*, lib. 12, cap. 24.

16. Pravi homines cultum religionis assumunt, et bonorum vitam sub despectu vestimentis pravis moribus premunt. *Ibid.*, lib. 31, cap. 4.

17. Dum pravi crescunt, etiam infirmi ad sequenda studia pravitatis irritantur. Lib. 6 *Moral.*, cap. 4.

18. Utilitati innocentium militat vita pravorum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.

19. Reproborum esse proprium solet, semper prava agere, et nunquam quae egerint retractare: omne enim quod faciunt, caeca mente pertransunt, factumque suum, nisi cum puniti fuerint, non agnoscent. *Ibid.*, lib. 25.

20. Mens prava quidquid contra proximos excogitat, hoc contra se excogitari a proximis fornicat. *Ibid.*, lib. 12, cap. 21.

21. Ille veraciter vim divini timoris intelligit, qui se a cunctis pravis operibus custodit. *Ibid.*, lib. 19, cap. 6.

22. Illi veraciter coram Domino stant, qui vitam suam in pravitate non dissipant. Homil. 6, super *Ezech.*

23. Multi qui pravitatem suam ex alienis pravitatibus tuerentur: quia alios talia fecisse considerant, eadem facere sibi licenter putant. Homil. 17, super *Evang.*

24. Pravitas ad intellectum, perversitas ad affectum referenda est. Super *Prov.*, cap. viii.

25. Cum pravitas hominis mali latet, securus degit. Homil. 88 super *Matth. Oper. perf.*

26. Uniuscujusque rei pravitas, vitiositas est circa naturam illam, cujus est pravitas. Scrip. 49, super epist. ad *Ephes.*

27. Nunquam bonorum opinio, malorum pravitate corrumpitur. Epist. 14, ad *Nicol. presbyt. Mernicens.*

S. ANTONIO.

S. DONAV.

S. ANTONIO.

28. Interdum prodest perversorum pravitas utilitati iustorum, dum eos malitia sua erudiant, et ad regna caelorum requirenda, molestia temporalis impellunt. Lib. 3 de *Sum. bono*, cap. 57, sent. 10.

29. Malorum pravitas non te occidat, sed erudiat: pravum adversitas non te deiciat, sed extollat. Lib. 1 de *Synonym. ante med.*, col. 308, tom. 1.

30. Anima quae deliberata voluntate se ad pravitatem non convertit gratiam Dei non amittit. In *Spectulo spirit.*, cap. 6.

31. Scientes bona, non bene agimus: et discretionem recti ac pravi intelligentes, prava sectamur. Lib. 5 de *Gubern. Dei*.

32. Sicut boni optant cunctos honestate mentium vincere, sic mali cupiunt pravitatem superare. *Ibid.*, lib. 6.

SENTENTIAE PAGANORUM.

33. Natura prave omnia facit, et plura prava, quam proba. Sect. 10 *Problem.*, quaest. 44.

34. Omnis pravis agnoscit quae agere oportet, et a quibus est abstinentum. Lib. 3 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 4.

35. Sponte nostra, pravitas comparatur. *Ibid.*, cap. 5.

36. Pessimus est, qui ad seipsum, et ad amicos nititur pravitatem. Lib. 5 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 4.

37. Ut homo pravus facile est mutabilis, sic et natura prava est ea, quae indiget mutatione. *Ibid.*, lib. 7, cap. 14.

38. Qui pravitatis servus est, a demonibus semen accipit. De *Potest. et sap. Dei*, cui titulus, *Pinander*, cap. 9.

Vide etiam tit. *Differentiae*, sent. 20; *Error*, sent. 67.

PRINCEPS.

Etymologia. Princeps dicitur est quasi prima capiens. Super *Psalm. ii*, vers. 2.

Definitio. Princeps est omnis, qui rebus et membris, cogitationibus et affectionibus, locutionibus et operationibus suis principatur. Super *Prov.*, cap. 17.

Principes sunt, qui praesunt partibus regni. Super *Epist. ad Rom.*, cap. xiii.

Comparatio. Principes furiosi comparantur ursis esurientibus, leonibus rugientibus, et lupis rapientibus. Exposit. 2, super *Psalm. cxviii*, cap. 2, art. 2, vers. 7.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Julius Caesar dicere solitus erat: Dux vel miles non laborat ut militibus charus sit, militem necesse est amare, necesse humilitatem duci. *Prosec.*

IHDODICUS BLOSURS.

SALVIANUS.

ARISTOTEL.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

TRIMEGISTUS.

2. Inutilis est omnis constitutio principis, si non est Ecclesiastica disciplina conformis. Part. 8, tit. 3, cap. 4, § 9.

3. Nunquam humilitas satis videtur commendari principibus, quia difficillimum est ut gradus honoris non pariat tumorem in animo presidentis. *Ibid.*

4. Prudentia in principe debet esse quadam cognitio universitatis, excedens cogitationes singularum, et se extendens ad bonum commune omnium. Part. 4, tit. 2, cap. 6.

5. Debet princeps ecclesias fabricare, et eas frequentare: hospitalia erigere, et pauperes nutrire. *Ibid.*, § 4.

6. Princeps a populo magis diligitur, si videtur eum esse cultorem divinum, et operantem virtutes; unde philosophus dicit quod principem deest esse deicolam. *Ibid.*

7. Debet princeps non tam imperando quam operando, ad bona subditos excitare; quia multum provocant subditos facta presidentis. Part. 4, tit. 5 de *Justitia*, cap. 4, § 2.

8. Ad tria deest principem studere: ad sapientiam acquirendam; ad avaritiam detestandam; ad luxuriam fugiendam. Ad sapientiam, ut cognoscat quomodo, vel quid subditis precipiat; ad avaritiam, ut a vero non divertat; ad luxuriam fugiendam, ut iudicium passio non corrumpat. Part. 4, tit. 5 de *Justitia*, cap. 4, § 2.

9. Voluptatis vitium in principe, totam politiam submittit ruinae: quia cum rector voluptatibus intendit, cura republicae excors remittitur, et exemplo ejus subditi licentius ad vitia inclinantur. *Ibid.*

S. ANTONIUS
ABBAS. 10. Principatum nobis largitus est Deus, ut per eum possimus illos, qui violentiam patiuntur defendere: sed nos contra, non defensionem miseris, sed violentiam magis inferimus. Serm. de *Vanitate mundi*.

S. AUGUST. 11. Princeps non sibi timori boni operis, sed mali. Epist. 54, ad *Macedoniam*.

12. Adulator talem esse debere ostendit principem, qualem illum fallaciter praedicat. Epist. 5.

13. Cum probrum jacitur in principem patriae bonum atque villem, nonne tanto est indignius, quanto a veritate remotius, et a vita illius magis alienum? Lib. 2 de *Civitate Dei*, cap. 9.

14. Principes civilitatis Christi tempus, non fallacis beatitudinis patienter expectant. *Ibid.*, lib. 47, cap. 20.

15. Quamvis qui rex est possit dici princeps a principatu imperandi, non tamen continuo quicumque princeps sunt, etiam reges dici possunt. *Ibid.*, lib. 48, cap. 45.

V. BEDA. 16. Si ams dici pater et princeps, nomen cum

honore serva, moribus imple. In suis *Proverbia*, verbo *Si*.

17. Nulla in principatu bestia saevior, quam impunitas delinquendi. Serm. 20, art. 2, cap. 4.

18. Principis error multos involvit; et tantis obest, quantis praestet ipse. Epist. 127.

19. Monarcha verus debet esse summa celsitudine pollens, summa fortitudine praesidens, summa dulcedine pasceus, Serm. 21 in *Hexam*.

20. Principes furiosi comparantur ursis esurientibus, leonibus rugientibus, et lupis rapientibus. Expos. 2, super *Psalms*, cxviii, cap. 2, vers. 7, art. 2.

21. Princeps debet esse fidelis, pacificus, clemens, justus. Serm. 2 Dom. 3, post *Pascha*.

22. Quamvis principatus ejus omnia mundana fanulari posse videantur, in vanum tamen prevaluit, qui sibi profutura nullatenus acquisivit. Super *Psalms*, lxi, vers. 7.

23. Gloriosi ducis est, commissis sibi signa servare. Epist. 73, ad *Subavianum*, cap. 3.

24. Principes mundi subsunt ecclesiasticis. *Cateches.* 47.

25. Officium boni principis est, subditos juste disponere, bonos ad meliora provehere, impios vero restringere et punire. Super *Epist.*, ad *Rom.*, cap. 13, art. 47.

26. Principes mali, justos opprimunt, et impios forant. *Ibid.*

27. Ad principum spectat officium, illos quae palerna castigatio corrigere non potuit, vinculis et carceribus mancipare. Super *Jonas*, cap. xix.

28. Multum confert princeps pius et amans Dei, *Ibid.*, super illud xxiv: *Servivit Israel*, etc.

29. Multum juvat subditos pietas principum, multumque nocet carere principe, vel principum, improborum regi imperio. Super lib. *Judic.*, cap. ii.

30. In bono principe debet esse rigor justitiae, et dulcor misericordiae. *Ibid.*, cap. 4.

31. Sepe fit ut princeps potentissimus ab infirmiori superetur quia non est fortitudo hominum, ut patitur victoria; sed quoniam iusti Deo curae sunt, ideo vincunt. Super illud I *Reg.* ii: *Non in fortitudine sua*, etc.

32. Bonus princeps in his, quae sunt contra honorem Dei, parcere non debet, cuiusque persona, quantumcumque sibi propinqua. Super ii *Paralip.*, cap. 16.

33. Verus princeps non per haec externa insignia dignoscitur, ejusmodi sunt purpura et torques: sed quia virtutem obinet principis dignam. Super *Isaiam*, cap. iii.

34. Magnum opprobrium est toti Christianitati, et potissime principibus Christianis, quod infide-

les possident loca nostrae salutis. Super *Thren.*, cap. 5.

35. Princeps, ad quos spectat defendere populum, debent gerere vices patrum. *Ibid.*

36. Maximam subjectis populis pietas principis affert utilitatem. Super *Daniel.*, cap. 2.

37. Princeps capiatum hanc tyrannidis, et superbiae. Super ii *Habaecum*, cap. 1.

38. Si bonus est princeps, bene operantem non punit, sed diligit: si malus, non nocet bono, sed purgat eum. *Prosec.*

39. Malus autem princeps debet timere; quia constituti sunt principes ut mala puniant. Super illud ad *Rom.* xii, *Principes non sunt timori*, etc.

GREGOR.
MAGNUS. 40. Dux impius est, qui a tramite veritatis exorbitat: et dum ipse in praecipit ruit, ad abrupta sequentes invitat. Lib. 24 *Moral.*, cap. 15.

41. Dux impius est, qui per tumoris exemplum, viam ostendit erroris. *Ibid.*

42. Tantorum pondera unusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. *Ibid.*, lib. 9, cap. 10.

43. Sepe princeps hujus saeculi in occulto mali sunt, et bonum quod emittit, alii devotius imitantur. *Prosec.*

44. Mala certa potentum saeculi, magna eis mala sunt; sed bona quae proferunt, ad exemplum fidelium magis, quam bona aliorum prosunt. Lib. 6 in I *Reg.*, cap. ii.

45. Principum vitia, offendiculum sunt subiectis. Lib. 2 super *Levit.*, cap. x.

46. Bonum est servire tali principi, cui servire, regnare est. Super *Gen.*, cap. xxv.

47. Ita principibus servire oportet, ut eorum reverentia, vel timore nunquam a via veritatis recedatur. Super *Prov.*, cap. xxv.

48. Princeps avarus multiplicat calumnias falsas et inanes, ut aliquid extorqueat, et emungat a subditis. *Ibid.*, cap. 28.

49. Princeps ecclesiastici et saeculares sunt duo curae, quibus tota ecclesia sustentatur. *Prosec.*

50. Hi debent esse tanquam columnae marmoreae, fortes scilicet in operatione, subtiles in intelligentia veritatis, recti in intentione, candidi in vita, politi in virtutum ornatu: sed huiusmodi loco columnarum ponuntur festucae. Super *Cantic.*, cap. v.

51. Princeps crudelis substantiam auferit, hereticus fidem, carnalis perdit et substantiam et fidem et mores. Super *Ecclesiastic.*, cap. xxv.

52. Rapaciores et crudeliores sunt aliquando principes ecclesiastici, quam principes saeculi. Super *Ezech.*, cap. xxxii.

53. Principi non obedire est detestius, quam

non habere principem. Super *Epist.* ad *Hebr.*, cap. xiii.

54. Principes mali synagoga dicuntur sathanae; quia etsi nomine catholici et membra Ecclesiae, ipsi tamen adversantur, ejus bona, et possessiones diripiunt. Super *Apocalypsin*, cap. iii.

55. Talis debet esse princeps in populo, ut totus populus semper aliquid boni inveniat quod imitetur in eo. Homil. 3 super *Math.* *Oper. imperf.*

56. Ab hominibus factus es potens, intus ordina te ipsum. Princeps est, non qui vocatus est, sed qui vere est. *Prosec.*

57. Sicut enim rex neque medicum, neque rhetorem faciet: ita neque principem: non enim littera vel nomen principem faciunt.

58. Igitur nomen habere principis, non est esse principem: vocatur et alii magnis nominibus, ut Paulus, Petrus, Jacobus, Joannes, sed non propter nomina sunt id quod vocatur: ita et illi non sunt principes, sed vocantur. Homil. 52 in *Acta Apost.*

59. Principe, qui subditis nihil prosit, nihil miseris. Homil. 26 ad *Popul. Antioch.*

60. Principatus potius sublatio ac seditio est multorum principatus, ubi omnino honore aequales sunt. Lib. 4 *Parall.*, cap. 22.

61. Impossibile est, ut salubriter disponat principatum, qui non agit consilio sapientum. Lib. 5 de *Nagis curial.*, cap. 6.

62. In eo maxime viget et proficit gloria principis christiani, si primum Domino, a quo omnis principatus est, impendit famulatum. *Ibid.*, epist. 64.

63. Inter omnia quae solent obesse principibus, nihil perniciosius esse arbitror, quam quod eis fortune blandientis illecebra aspectum subtrahit veritatis. *Ibid.*, lib. 1.

64. Dedit Deus principibus praesulatum pro regimine populorum, et illis eo praesse voluit, cum quibus sua est eis nascenti moriendique conditio. *Prosec.*

65. Prodesse ergo debet populis principatus, non obesse, nec dominando premere, sed condescendendo consulere. Lib. 3 de *San. bona*, cap. 49, sent. 3.

66. Plerumque princeps justus, etiam malorum errores dissimulare novit: non quod iniquitati eorum consentiat, sed quod aptum tempus correctionis expectet, quando eorum vitia vel emendare vel punire voluerit. *Ibid.*, cap. 50, sent. 4.

67. Multi adversus principes conjunctionis criminis delegantur: sed probare volens Deus clementiam principum, illos male machinari permittit, istos non deserit. *Prosec.*

S. JOANNES
CHRYSOST.

S. JOAN.
DAM.

JOAN
SABRES.

S. ISIDORUS
HISPALENS.

GREGOR.
MAGNUS.

CASIODOR.

S. CYRILLUS
HIEROSOL.

DIONYSIUS
CARDIUS.

GLOSS. ORD.

HEBREUS.

SYRO-CARD.

68. De illorum malo bene istis facit, dum culpas quas illi faciunt, isti mira patientia indulgent *Ibid.*, sent. 2.

69. Difficile est principem ad melius regredi, si fuerit vitis implicatus. *Ibid.*, sent. 2.

70. Principem non deest delinquere, ne formam peccandi faciat peccati ejus impunita licentia. *Prosee.*

71. Nam qui ruit in vitis, cito viam ostendit erroris: illi tamen ascribitur quiddam exemplo ejus a subtilis perpetratur.

72. Sicut nonnulli honorum principum Deo placita facta sequuntur, ita facile multi prava eorum exempla sectantur.

73. Plerique autem apud iniquos principes necessitate magis, quam voto mali existunt, dum imperiis eorum obediunt. *Ibid.*, sent. 6 et 7.

74. Justum est principem legibus obtemperare suis: tunc enim jura sua ab omnibus custodienda existunt, quando et ipse illis reverentiam præbet. *Prosee.*

75. Principes legibus tenentur suis, nec in se convenit frustrare jura, que in subjectis constitunt: justa est enim vocis eorum auctoritas: si quod populus prohibent, sibi licere non patiantur. *Ibid.*, cap. 54, sent. 1.

76. Cognoscant principes sæculi Deo debere se rationem reddere, propter Ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt. *Prosee.*

77. Nam sive augeatur pax et disciplina Ecclesie per fideles principes, sive solvatur; ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam Ecclesiam credit. *Ibid.*, sent. 6.

78. Ad delictum pertinet principum, qui pravo iudice contra voluntatem Dei populis fidelibus preferunt. *Prosee.*

79. Nam sicut populi delictum est, quando principes mali sunt: sic principis est peccatum, quando iudices iniqui existunt. *Ibid.*, cap. 52, sent. 1.

S. LEO I. 80. Principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendat, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo. *Epist. 87 ad Episc. African.*, cap. 4.

S. MARCELL. MANT. 81. Boni principis est ac religiosi, ecclesias confertas atque concessas restaurare, novasque edificare, et Dei sacerdotes honorare ac tueri. *Epist. ad Maxentium episc.* Et hab. in *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 96, can. *Boni*.

ORIGENES. 82. Principatus principum in dilectione subditorum debet esse positus, non in timore corporali. *Tract. 12 in Matth.*, cap. xx, super illud: *Scitis quia principes, etc.*

PETRUS 83. Peremptorium est in principe, vel aurum

adorare munerem, vel favorem querere personarum. *Epist. 10 ad Capellan. reg. Siciliae.*

84. Frequenter culpa populi redundat in principem: quasi de majorum negligentia obvianenti errata minorum. *Ibid.*, epist. 95 ad *Henric. reg. Anglor.*

85. Princeps justissimus debet diligenter inquirere, et inquisita corrigere; ne minorum excessus de suis manibus a Domino requirantur. *Ibid.*

86. Nihil adeo gloriosius lucet in principe, sicut amare et exhibere justitiam sine omni acceptione personæ. *Ibid.*

87. Principis officium est, ut reos puniat, et ex eorum manibus eripiat innocentes, ut vigorem rectitudinis et justitiæ teneat, et a zelo sanctionum legalium non tepescat, ut ab aequitatis linea non declinet, ut legitimi vigoris genium non emeret. *Opusc.* 57, cap. 1, dissertat. 1.

88. Inordinata pietas principis quid est aliud, quam confusio plebis? nam dum ille ad moderandas regimini habenas reprimitur, subjecti quique (velut effraens equi per abrupta raptantur. *Ibid.*, cap. 3.

89. Sunt principes publici parentes civitatum et genium, quotquot boni sunt, nec cedunt pietati naturalium. *Prosee.*

90. Contra, qui in subditorum detrimentum abutuntur potentia, nequaquam principes, sed hostes appellandi sunt, cum agant hostilia. *De Creatione principis.*

91. Innumeris dominis serviens, principem te simulat, et libertatem polliceri aliis. *De Profugis.*

92. Principum res secundas potius, quam principes ipsos colere plerique solent. Et hab. apud D. Joan. Damasc. lib. 2 *Parall.*, cap. 70.

93. Juniori principi necessaria philosophia est, que aut eum antevertat, aut a decursu in alterum altera ex parte colibeat. *De Regno ad Arcadium Imperat.*

94. Princeps bonus imperet. *De Regno ad Arcadium Imperat.*

95. Non semper principes imperant, sed ad tempus habent imperium. Super *Psal. cxlv*, vers. 2: *Nolite confidere in principibus, etc.*

SENTENTIE PAGANORUM.

96. In quibus princeps est imbecillus, unicuique inest potestas. *Lib. 8 Ethic. ad Nicomach.*, cap. 10.

97. Quales in republica principes sunt, tales reliquos solere esse necesse est. *Lib. 1, epist. 9 ad Lentulum.*

98. Nihil perniciosius in republica vitiosis principibus: quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in subditos: neque solum ob-

BLESENS.

FLATO.

PLINIIUS II.

S. PETRUS DAMIANUS.

SENECA.

PHELLO IUD.

GRATIANUS

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

COLLECTOR.

S. SYNESESIS EPISCOPOS.

S. ANACLET. PAPA.

S. ANTONIN. DE PADUA.

CONCILIUM TRIDENT.

ARISTOTEL.

S. FRANCIS. ASSISIENSIS.

GRATIANUS

sunt, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpit, plusque exemplo, quam peccato nocet. *Lib. 3 de Legib.*, num. 32.

99. Nullum vitium tetrius est, quam avaritia, præsertim in principibus. *Lib. 2 de Offic.*

100. Beata est respublica, cui princeps sapiens dominatur. *Lib. 6 de Republ.*

101. Quid præstabilius est, aut pulchrius, quam castus princeps? In *Panegyrico de Trajano Augusto.*

102. O novum atque inauditum ad principatum iter? non te propria cupiditas, proprius motus; sed aliena utilitas, alienus timor principem facit. *Ibid.*

103. Non est princeps super leges, sed leges supra principem. In *Panegyrico de Trajano Augusto.*

104. Cum plurimis amicitis fortuna principum indigeat, præcipuum est principis opus, amicos parare. *Ibid.*

105. Principum sævitia, bellum est. *Lib. 1 de Clement.*, cap. 5.

106. Nullum ornamentum principis fastigio dignius pulchriusque est, quam illa coronari clementia. *Ibid.*, cap. 26.

Vide etiam tit. *Deceptio*, sent. 37; *Elemosyna*, sent. 306; *Episcopus*, sent. 128; *Exactio*, sent. 19; *Laus*, sent. 158.

PRIVILEGIUM.

GRATIANUS *Etymologia.* Privilegia dicuntur, quasi privata legia; eoquod privatam legem singulis generent. In *Decret.*, part. 2, causa 25, quæst. 1, can. *Ideo*, § *Privilegia.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS. Privilegia sunt leges privatorum, quasi privatæ leges: nam privilegium dictum est, eoquod in privato feratur. *Lib. 5 Etymol.*, cap. 18.

COLLECTOR. *Definitio.* Privilegium est jus indultum a potestate superiori, contra jus commune.

SENTENTIE PATRUM.

S. ANACLET. PAPA. 1. Privilegia ecclesiarum et sacerdotum, intemerata et inviolata cunctis decernimus manere temporibus. In *Decretis Gratiani*, part. 2, quæst. 2, can. *Privilegia.*

S. ANTONIN. DE PADUA. 2. Privilegio meretur privari, qui privilegio sibi concessio abutitur. *Serm. Dom. 3 Quadrag.*

CONCILIUM TRIDENT. 3. Privilegia quoque plerisque conceduntur, perturbationem excitare, et occasione laxioris vite præbere dignoscuntur. Sessione 24, in decreto de *Reformat.*, cap. 11.

S. FRANCIS. ASSISIENSIS. 4. Hoc meum et fratrum meorum est privilegium, nullum habere privilegium super terram. In suis *Opusc.*, apophthegm. 34.

5. Plura prestat humilitas, quam possit elargiri privilegium. In suis *Opusc.*, colloquio 14.

GRATIANUS 6. Qui Romane Ecclesie privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum au-

ferre conatur, proculdubio in hæresim labitur. In *Decret.*, part. 4, dist. 22, can. *Omnis.*

7. Privilegia semper Episcopis cum uso pallii, debent concedi. In *Decret.*, part. 1, dist. 100, can. *Contra morem*, § *Privilegia.*

8. Cum aliquis respublica, cui princeps sapiens dominatur, lib. 6 de *Republ.*

10. Nulla privilegia concederentur, si præter generalem legem aliquid speciale non indulgeretur. *Ibid.*, can. *Ideo*, § *Neque.*

11. Valet sancta Romana Ecclesia suis privilegia quoslibet munire, et extra generalia decreta quaedam speciali beneficio indulgere. *Ibid.*

12. Grave nimis est, velle cuiusquam Monasterii privilegia olim indulla confundere; et ad irritum que sunt pro quiete disposita nisi deducere. *Lib. 7 in Registro*, indict. 1, cap. 33, epist. 33, ad *Joan. Schillium*.

13. Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Et habet. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 11, quæst. 3, can. *Privilegium.*

14. Privilegia singulorum non possunt legem facere communem. Et hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 25, quæst. 1, can. *Ideo*, § *Item.*

15. Beata Virgo octo habuit privilegia: Primum est, nova professio virginittatis; secundum, excellentia humilitatis; tertium, conceptio sine libidine; quartum, partus sine dolore; quintum, fecunditas sine corruptione; sextum, virginittas singularis; septimum, ministratio specialis; octavum, suscitatio corporalis. Super *Psal. xviii.*

16. Innovatio privilegii novum jus non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod compete-

bat, conservat. *Lib. 2, Decret. consi. 129*, in titulo.

17. Manet Petri privilegium, ubiqueque ex ipsius fertur æquitate iudicium. *Serm. 3 de Anniversar. die*, etc. Et *Serm. 2 de SS. Petro et Paulo.*

18. Divinarum reverentia sanctionum inter quoslibet spontaneæ observantia studia habet semper privilegium suum: ut sacratus sit, quod publica lege celebratur, quam quod privata institutione dependitur. *Serm. 3 de Jejun. septimi mensis.*

19. Privilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum canonicis instituta, nulla possunt improbatè convelli, nullavovitate mutari. *Epist. 54 ad Martian. August.*

20. Semel in concilio definita, non sunt in dubium revocanda. *Epist. 43 ad Martian. August.*

S. CREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

S. LEO I.

PETRUS
BLESENS.

21. Non blanditur sibi aliquis, quod per privilegium ab inobedientia excusetur : Deus, apud quem melior est obedientia, quam victimæ, quidquid emancipet aut privilegium homo, inobedientiam detestatur. Epist. 90 ad Guillelm. Abbat.
22. Non emolias ordinis rigorem, ut tanquam privilegiatus velis edere lautius, bibere spidius, cubare mollius, loqui licentius, vigilare parcius, orare tenuius. *Ibid.*, serm. 31 de S. Aug.

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO.

23. Non in quacunque re privilegium irrogari licet. Orat. 32, pro Sextio, num. 65.

PROBATIO.

COLECTOR.

Definitio. Probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Fortitudo non solum secundis rebus, sed etiam adversus probatur. Lib. 1. *Offic.*, cap. 41.
2. Vir justus et dietis et rebus probatur. Lib. 2 *Offic.*, cap. 2.
3. Amor verus constantia probatur. Lib. 6, epist. 40, ad Sabianum.
4. Vita nostra examinatur igne, sicut splendor argenti, ut virtus certaminibus approbetur. Super *Psal.* cxvii, serm. 10, vers. 3.
5. Justus optat probari, tentari non timet. *Ibid.*, serm. 14, vers. 2.

S. ANSELM.

6. Multi autem experimentum putant se fortes esse, qui in ipso experimento deficient. Super *Ep. ad Rom.*, cap. 5.

S. ANTONIN.

7. Causa spei, experientia est. Part. 1, lit. 6, cap. 7.

S. AUGUST.

8. Sicut ardet palca ut aurum purgetur, sic savi impius ut justus probetur : sed cum transierit tempus probationis nostræ, quando non erunt qui probentur, non erunt per quos probentur. Super *Psal.* xxxvi, vers. 10.

9. Nonne melius est tentari et probari, quam non tentatum reprobari? Super *Psal.* cxliiv, vers. 2.

10. Proba et teipsum tu ipse. *De verb. Apost.*, serm. 15.

11. Falsum probare non potest qui probat nihil. Lib. 1 contra *Adimant.*, cap. 4.

12. Terror temporalium potestatum, quando veritatem oppugnat, justis fortibus gloriosa probatio est. Epist. 48.

S. BASILIUS
SELEUC.

13. Aurum probat ignis, viri vero virtutem conflant vite adversa. Orat. 16.

S. BERNARD.

14. Virtus exercitata clarior est, eoque probatio, quo officiosior. Serm. 85.

15. Amicus in necessitate probatur. Epist. 125, ad Gaudfrid.

S. BONAV.

16. Probatio electionis, est propulsio tentatio-

nis, Expos. 2, super *Psal.* cxviii, cap. 5, vers. 41 art. 1.

17. Nisi in spiritualibus rebus præcesserit tentatio, non potest esse probatio. *Prosc.*

18. Qui murmurat de periculo tentationis, murmurat de premio probationis. Lib. 2 *Pharetra*, cap. 4.

19. Probat Deus, ut præset. Super *Psal.* cxi, vers. 11.

20. Dolens animus debet se custodire, ne de igne probatorio muretur. Super *Job*, cap. 4.

21. Minus justum tentat probatio, quam remuneratio consolatur. *Ibid.*, cap. 42. Et Gregor. Magn., lib. 25. *Moral.*, cap. 8.

22. Nemo vires suas in pace cognoscit : si enim bella desunt, virtutum experimenta non prodeunt. Lib. 23 *Moral.*, cap. 48.

23. Ille est superbus ac invidius, ut sui fastidiosus boni, quem ejus probatio reddit tristitorem. Epist. 5, ad *Virginem in exilium missam*.

24. Militia convenit Christianæ excuti calamitatum, et probari. Epist. ad *Amicum*.

25. Probat Deus prelatos, in quibus probat fidem, probat patientiam, probat officium, probat timorem; contemplativos, in quibus probat innocentiam, probat dilectionem, probat intentionem; activos, quos probat in adversitate, probat in tentatione, probat in prosperitate, probat in conversatione. Super *Psal.* cxxxviii.

26. Sicut igne probatur argentum, et aurum in camino, ita corda probat Deus. Super *Ezech.*, cap. 1.

27. Tria sunt probatoria viri justi : primum probatorium est ignis tribulationis; secundum, est laus humana; tertium, est prosperitas temporalis. Super *Prov.*, cap. xvii.

28. Experientia homines facit castigiores. Homil. 29, super *Gen.*

29. Cuique sit experientia cantela magistra. Homil. 45 ad *Populum Antioch.*

30. Probat quidem aurum fornax, sed charitatem in Deum probat orationis intentissima qualitas. Gradu 15.

31. Probari te in adversitate cognosce, ne frangaris : probari te in prosperitate cognosce, ne exalteris. Lib. 2 de *Synon.*, cap. 6.

32. Nemo Præmium percipit, ante experimentum. In suo *Octavo*.

33. Deus probat aliquando hominem, non quod lateat eum virtus hominis, sed ut eam omnes cognoscant, et detur omnibus in exemplum. Opus. 7, super *Pater noster*, petit. 6.

34. Ut probetur virtus, magisque clarificetur, per contrarios sole experiri successus. In *Solitoy. antine*, cap. 16, sect. 9.

IN VITIS
PATR.

35. Bonum est experimentum; experimento enim homines probantur sunt. Lib. 5, libell. 40 de *Diocret.*, num. 40.

SENTENTIE PAGANORUM.

SENeca.

36. Magis urgent seve inexpertos. Lib. de *Divina Provid.*, cap. 4.

37. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. *Ibid.*, cap. 5.

CASSIODOR.

38. Anima sapientia ac mens, a Deo probatur. In *Sent.*, sent. 407.

GLOSS. ORD.

Vide etiam tit. *Adversus*, sent. 146; *Differentia*, sent. 21; *Fides*, sent. 51; *Murmur*, sent. 17; *Persecutio*, sent. 40; *Tentatio*, sent. 170, 171; *Tribulatio*, sent. 14, 45, 406; *Virtus*, sent. 159, 160, 161.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGN.

S. HIERON.

1. Sacerdotis sit prodesse (si fieri potest) omnibus, obesse nemini. *Prosc.*

S. AMBROS.

2. Sacerdotis enim est, nulli nocere, prodesse velle omnibus, posse autem solius Dei est. Lib. 3 de *Offic.*, cap. 9.

HUGO CARD.

3. Profecto error horrendus est, ut cum sibi omnes prodesse velint, multi non faciant, nisi quod eis perniciosissimum est. Lib. 14 de *Trin.*, cap. 14.

S. JOANNES
CHRYSOST.

4. Cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro lecorum, vel temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte junguntur. Lib. 1. *De Doctr. christ.*, cap. 28.

S. AUGUST.

5. Non dormiat in thesauris suis, qui pauperi prodesse potest. *De duodecim abusivis*, cap. 4.

6. Vita pastoris omnibus prodesse debet. Serm. 14 ad *Frates in eremo*.

7. Non prodest bona res, non bene uti. Lib. 4 *Conf.*, cap. 46.

8. Bona et mala equaliter prosunt bonis. Epist. 3.

9. Sicut mali obsunt assentando malis, ita boni adversando prosunt. Epist. 159 ad *Cæcilianum*.

10. Nemo potest ex eo quod non habet prodesse alteri. *De Doctrina christ.*, cap. 10.

11. Quod agit charitas quo sibi prosit, utilitas est : quod autem agit ut prosit proximo, beneficentia nominatur. *Ibid.*

12. Quomodo justitia tua nihil Deo prodest, sic injustitia nihil nocet. Annot. in *Job*, cap. xxxv.

13. In malo prior est qui nocet, quam ille qui non prodest. Lib. 22 contra *Faust.*, cap. 84.

14. Da quod nosti tibi placere, et mihi prodesse. Lib. *Medit.*, cap. 36.

15. Bona oblivio, si teipsum nescias, ut proxi-

S. JOANNES
CHRYSOST.

S. JOAN.
CLIV.

S. ISIDORUS
HISPALENS.

MINUTIUS
FELIX.

S. THOMAS
AQUINAS.

THOMAS
A REMPS.

S. BERNARD.

IN VITIS
PATR.

35. Bonum est experimentum; experimento enim homines probantur sunt. Lib. 5, libell. 40 de *Diocret.*, num. 40.

SENTENTIE PAGANORUM.

SENeca.

36. Magis urgent seve inexpertos. Lib. de *Divina Provid.*, cap. 4.

37. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. *Ibid.*, cap. 5.

CASSIODOR.

38. Anima sapientia ac mens, a Deo probatur. In *Sent.*, sent. 407.

GLOSS. ORD.

Vide etiam tit. *Adversus*, sent. 146; *Differentia*, sent. 21; *Fides*, sent. 51; *Murmur*, sent. 17; *Persecutio*, sent. 40; *Tentatio*, sent. 170, 171; *Tribulatio*, sent. 14, 45, 406; *Virtus*, sent. 159, 160, 161.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGN.

S. HIERON.

1. Sacerdotis sit prodesse (si fieri potest) omnibus, obesse nemini. *Prosc.*

S. AMBROS.

2. Sacerdotis enim est, nulli nocere, prodesse velle omnibus, posse autem solius Dei est. Lib. 3 de *Offic.*, cap. 9.

HUGO CARD.

3. Profecto error horrendus est, ut cum sibi omnes prodesse velint, multi non faciant, nisi quod eis perniciosissimum est. Lib. 14 de *Trin.*, cap. 14.

S. JOANNES
CHRYSOST.

4. Cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro lecorum, vel temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte junguntur. Lib. 1. *De Doctr. christ.*, cap. 28.

S. AUGUST.

5. Non dormiat in thesauris suis, qui pauperi prodesse potest. *De duodecim abusivis*, cap. 4.

6. Vita pastoris omnibus prodesse debet. Serm. 14 ad *Frates in eremo*.

7. Non prodest bona res, non bene uti. Lib. 4 *Conf.*, cap. 46.

8. Bona et mala equaliter prosunt bonis. Epist. 3.

9. Sicut mali obsunt assentando malis, ita boni adversando prosunt. Epist. 159 ad *Cæcilianum*.

10. Nemo potest ex eo quod non habet prodesse alteri. *De Doctrina christ.*, cap. 10.

11. Quod agit charitas quo sibi prosit, utilitas est : quod autem agit ut prosit proximo, beneficentia nominatur. *Ibid.*

12. Quomodo justitia tua nihil Deo prodest, sic injustitia nihil nocet. Annot. in *Job*, cap. xxxv.

13. In malo prior est qui nocet, quam ille qui non prodest. Lib. 22 contra *Faust.*, cap. 84.

14. Da quod nosti tibi placere, et mihi prodesse. Lib. *Medit.*, cap. 36.

15. Bona oblivio, si teipsum nescias, ut proxi-

mo prosis. Epist. 42 ad *Henricum Senonens. archiepisc.*

16. Parum proficit, qui proximo non prodest cum potest. Lib. *Medic.*, cap. 11.

17. Nequidem spernas, nemini noceras, nulli detrahas, sed pro Christi amore omnibus prodesse coneris. In *Formula honeste vite*.

18. Si recte sapias et consideras, prosunt tibi in bono, qui obsunt in malo. In *Alphabet. religios.*, lect. 7.

19. Qui omnibus studet prodesse, vivum calorem veri spirat amoris. *De Sex alis Cherubim*, ala 5, penna 2.

20. Non debemus inimicos estimare, qui prosunt. Super *Psal.* cxxxvii.

21. Qui vere aliquid amat, ei vult prodesse : quod autem prodest, præsantius est. Lib. 1 *Pedagog.*, cap. 8.

22. Attende tibi ipsi, ut tibi et aliis prosis. In S. *EBREEM.* illud : *Attende tibi*, cap. 7.

23. Impii in judicio, que sibi sperabant prodesse, invenient nocuisse. Super *Sap.*, cap. iv.

24. Tunc possidet homo quod docet, quando se innotescere non gaudet, sed prodesse. Homil. 42, super *Ezech.*

25. Objurgando, hortando, suadendo, blandiendo consolando, prodesse quibus possumus, festinemus. Lib. 70 in *Registro*, indict. 2, cap. 111, epist. 111 : ad *Aregian. episcopum*.

26. Quid inde provenit utilitatis, quod magnus sis, si nulli prosis? Homil. 27, super II *Cor.*, in illud xii, etc.

27. Non qua voluptuosa sunt, sed que prosunt, eligamus. Homil. 15, super *Ep. ad Hebr.*

28. Utilis est, qui omnibus prodesse, et nulli desiderat obesse. In cap. 7, *Regul. S. Benedict.*, gradu 1, verbo *Utilis*.

29. Eum virum bonum esse censeo, qui prosit quibus possit nocere nemini. Lib. de *Discip. Inst.*, cap. 48.

30. Primus justitiæ gradus est, non nocere proximo, sed prodesse. In *Epitome*, cap. *Duas*.

31. Non valet prodesse aliis, qui sibi nequam est. De *Casto Connub.*, cap. 42.

32. Age quod non solum tibi expedit, sed quod multis. Epist. 134 ad *Wilhelm. electum*.

33. Qui indiscrete aliis prodesse cupit, et ante tempus effundit, semper inops et a gratia vacuum manet, et profectum suum impedit, et aliis minus prodest. Part. 9 super *Cent.*, cap. viii.

34. Christiani est, prodesse proximo. Super *Luc.*, cap. xv, in illud : *Proferite stulam primam*.

35. Si potes, ignotis etiam prodesse memento. Lib. 2 *Distichor.*, metr. 11.

SENTENTIE PAGANORUM.

S. LAURENTIUS
JUSTIN.

PETRUS
HEES.

RICHARD A
S. VICTORE.

TROPHI-
LACTUS.

CATO
FOET.

CICERO. 36. Non tam ut proxim, causis elaborare soleo, quam ut ne quid obsim. Lib. 2 de Oratore, num. 295.
37. Non omnibus dormio, nec omnibus servio. Lib. 7, epist. 24 ad Gallum.
38. Contemnuntur hi, qui nec sibi, nec alteri prosunt. Lib. 2 Offic.
39. Hominibus prodesse natura jubet: sive sint servi, sive liberi, ingenui an libertini, quid refert? De beata vita, cap. 24.
40. Hoc ab homine exigitur, ut prosit hominibus: si fieri potest, nullis: si minus, paucis: si minus, proximis: si minus, sibi. *Ibid.*, cap. 30.
41. Si quis de se bene mereatur, hoc ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat. *Ibid.*
42. Quid magnifici erat multis prodesse, si nemo deciperet? Lib. 4 de Senectute, cap. 1.
43. Quaedam prosunt, nec obligant. Lib. 2 de Beneficentia, cap. 18.
44. Generosi animi et magnifici est, juvare et prodesse. *Ibid.*, lib. 3, cap. 15.
45. Salius est prodesse etiam malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos. *Ibid.*, lib. 4, cap. 28.
46. Solet plus prodesse, si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi et in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa ad manum non habeas. *Ibid.*, lib. 7, cap. 1.
47. Alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Epist. 48.
48. Nemo non cum alteri prodest, sibi profuit: virtutum omnium in ipsis est, recte facti, fecisse merces est. Epist. 81.
49. Quam tutum est ei non nocere cui debeas prodesse? Epist. 95.
50. Prosunt inter se boni: exercent enim virtutes, et sapientiam in suo statu continent. Epist. 109.
51. Non prodest tantum sapiens sapienti, sed et sibi ipsi. *Ibid.*
52. Prodesse est, animum secundum naturam movere virtute sua, aut ejus qui movebitur. *Ibid.*
53. Nihil tam utile est, quod in transitu prosit. Epist. 2.
54. Amabilis eris Deo, si in hoc illum imitaberis, ut velis omnibus prodesse, et nulli nocere. De Quatuor virtutibus.

PRODIGALITAS.

ARISTOTEL. *Etymologia.* Prodigalitas dicitur a Graecis appella-

tur, quae latino nomine vix satis exprimi potest, nisi profusionem appellemus. *Prosec.*
Sic Graeci *avaros*, vocant, quos vel prodigos, vel profusos appellamus. Lib. 4 de Moribus, cap. 1.
Definitio. Prodigalitas est incontinentia, et ob intemperantiam pecuniarum profligatio.
Prodigi sunt, qui epulis, et viscerationibus, et muneribus ludorum, venationumque apparatus pecunias profundunt, ut memoriam brevem aut nullam sint relictiuri. Lib. 2 de Offic., num. 55.
Differentia. Inter liberalem et prodigum hoc interest, quod liberalis sit is, qui et pro facultatibus, et quas in res oportet, sumptus facit: qui autem modum transit, prodigus est. Lib. 4 de Moribus, cap. 1.

SENTENTIA PATRUM.

1. Qui nescit regere suum censum, onere suo mergitur. Lib. 10, epist. 82 ad Vercellensem Ecclesiam.
2. Non sis prodigus dator, nec tenax ad largiendum. Epist. 12, ad Henric. Savonens. archiepisc.
3. Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur et dicunt: Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. *Ibid.*
4. Magna stultitia est, quod alius per sapientiam bona multiplicat, et alius per stultitiam dissipat. Super Ecclesiasten, cap. 11.
5. Pecunia temere profusa, facultatum saepe detrimentum attulit. Homil. 20 ex Diversis. in Matth.
6. Abusus est, ultra necessitatem facta impensa. Lib. 1 Parall., cap. 26.
7. Prodigalitas, eroganda et non eroganda profundit in eas res, quae nullam sunt omnino aut brevem habiturae memoriam. Lib. 8 de Nugis curial., cap. 2.
8. Cum benevolentiae comparanda causa sis prodigus, non tanta studia assequeris eorum quibus dederis, quanta eorum odia quibus ademeris. *Ibid.*
9. Paris periculi est, facultates recondere, et erogare prodige. Tract. de Compunct. et complacitu.
10. Per fas nequeque crescere affectans, pecuniae per avaritiam parvus est, per ambitum prodigus. Lib. 1, epist. 11 ad Montium.

SENTENTIA PAGANORUM.

11. Prodigus in erogando exuperat, in capiendo deficit. Lib. 2 Ethic. ad Nicomach., cap. 7.
12. Prodigalitas in dando quidem, et non in capiendo exuperat, in capiendo autem deficit. *Prosec.*
13. Prodigalitates igitur illa duo non nimium

simul persistunt: non est enim facile nulla ex parte capientem cunctis donare.
14. Cito namque deficient patrimonium privatorum hominum erogatum, qui quidem et prodigi sunt. *Ibid.*, lib. 4, cap. 1.
15. Prodigus est, qui ubi non decet, impendit et plura quam deceat, et cum minime deceat. Lib. 1 Magnorum moralium, cap. 24.
16. Non possunt non prodige vivere, qui aliena bona sperant, dum effundunt sua. Orat. 53, Philipp. 14, num. 13.
17. Multi patrimonium effuderunt, inconsulte largiendo: quid stultius, quam quod libenter facias, curare ut id diutius facere non possis? Lib. 2 de Offic., num. 54.
18. Habenda est ratio rei familiaris, quam quidem dilabi sinere, flagitiosum est. *Ibid.*, num. 64.
19. Mentitur prodigus liberalem: multi enim sunt, qui non donant, sed projiciunt: non voco liberalem, pecuniae sus iratum. Epist. 120.

PRODIGIUM.

Etymologia. Prodigia, quod porro dicant, id est, futura praedicant, dicta sunt. Lib. 25 de Civitate Dei, cap. 8.
Prodigium appellatum est, quasi porrodictum, quod porro dicat, porro significet, et aliquid futurum portendat. Tract. 16 super Joan.

SENTENTIA PATRUM.

1. Deus tentatur, cum signa et prodigia flagitantur, non ad aliquam salutem, sed ad solam experientiam desiderata. Lib. 10 Confessionum, cap. 35.
2. Quisquis adhuc prodigia, ut erodit, inquirat, magnum est ipse prodigium: qui mundo credente non credit. Lib. 22 de Civitate Dei, cap. 8.
3. Opera Dei insatiati qui non credunt, nulla facta prodigia debent credere: neque enim ipsa si usitato naturae curriculo gignerentur, prodigia discerentur. *Ibid.*, lib. 12, cap. 26.

PRODITIO.

Definitio. Proditio est quadam deceptio facta contra dominum vel familiares suos, in damnum rerum vel personae, aut manifestationem secretorum eorum. Part. 2, tit. 1, cap. 22.
Proditio est, cum aliquis amicitiam ad alium simulat, ut ipsum decipiat. In Speculo anime, cap. 1.
Divisio. Proditio fit tribus modis: primo in rebus et dominiis; secundo, in capiendis vel occidendis personis; tertio, in revelandis secretis. Part. 2, tit. 1, cap. 22.

Productio. Hinc oriuntur maxima odia, scandala, homicidia, latrocinia, civitatum et regnorum exterminia. Part. 2, tit. 1, cap. 22.

SENTENTIA PATRUM.

1. Voluit Christus prodigi, voluit ab apostolo suo tradi, ut tu si a socio proditus fueris, moderate seras. Lib. 5, super Luc., cap. 6, in illud: Vocavit discipulos suos.
2. Proditio magnum scelus est, summe odiosum et Deo et hominibus. *Prosec.*
3. Nil ita nocet humane quieti, et bono communi, sicut proditio. Part. 2, tit. 4, cap. 22, § 5.
4. O! quod hodie Judaei, qui osculo adulationis proximum tradunt, et sic ultimo laqueo se suspendunt eterne damnationis. Serm. in die Parasceves.
5. Per severitatem et misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Lib. 2 contra litt. Pelitiani, cap. 83.
6. Facta est traditio a Patre, facta est traditio a Filio, facta est traditio a Juda. Una res facta est, sed quae res discernit Patrem tradentem Filium, seipsum Filium tradentem, et Judam discipulum, tradentem Magistrum suum? Quia hoc fecit Pater et Filius in charitate, fecit autem hoc Judas in proditione. Tract. 7, super epist. Joan., cap. 4.
7. O iniqua lingua et dolosa! o iniqua proditio! o pessima diaboli astutia, quae homines illeaqueare procurat. Serm. 29 ad Fratres in eremo.
8. Detestabilium hominum consuetudo est, mala vota tegere, ut latenter ad effectum possint eorum consilia pervenire. Super Psalm. xvi, vers. 13.
9. Nihil interest qui tradat, cum Deus tradi permittat, quos disponit coronari: nec illi gloria est facere, quod fecerit Judas. Epist. 55 ad Cornelium Pap., cap. 1.
10. Judas tradidit Christum ex avaritia, quem Judaei tradiderunt ex invidia. Super Hymn. Passionis, ad Vesperas.
11. Proditior multipliciter dicitur: qui propter timorem non defendit veritatem, et qui eam facit; qui crimen alteris sibi soli notum, manifestare non erubescit; qui malitiose circumvenit alium, et callide seducit, ut in periculum salutis trahat; qui rem sibi commissam exponit hostibus; qui iussa veritatis contemnit; qui secretum sibi commissum, impudenter revelat. In Decret. Gratiani.
12. Turpe tibi est, hostem dolis ferire, non viribus. Epist. 2 ad Pammach.
13. Proditior pacem pollicetur, ut graviora bella exerceat: ridet ut mordet: manum offert, ut ex improvviso interficiat. Lib. 3, super Hierem., in Proemio.
14. Adulator et proditior videntur amicitiae verba